9
4
365

Digitized by Google

9 · h · 365

Digitized by Google

A

g. H. 205

Digitized by Google

7. 4. 36 P

Digitized by Google

SIBYLLARUM

IN VETERI ECCLESIA

AUCTORITAS

E T

HISTORIÆ ECCLESIASTICÆ

AC THEOLOGIÆ CONJUNCTIO

OPUS

P. M. FRANCISCI M. LEONI VERONENSIS

IN GYMNASIO PATAVINO THEOL. ET ECCLESIAST. HISTOR. PROFESS. PUBL.

Notis, & Illuſtrationibus Auctoris ejuſdem auctum.

4/4 365

VENETIIS, MDCCXLIV.

Ex Typographia Jo: BAPTISTÆ ALBRITII HIERON. FILII.

Digitized by Google

ALOYSIO MOCENICO IV.
ALOYSII ÆQUITIS FILIO
SENATORI AMPLISSIMO.

F. FRANCISCUS M. LEONI F.

Multæ cauſſæ ſunt, Senator Ampliſſime, ob quas curaverim, diſſertationem hanc meam auſpiciis tuis proditu-ram. Primum quod optime norim, te in rebus hiſtoricis diligen-tiſſime verſatum non ſemel ad eccleſiaſticas res animum applicaviſ-ſe, ac veteres cum recentiſſimis comparaſſe: deinde quod litteras colere conſueveris, atque pro magnitudine animi erga viros do-ctos tua, fovere, ac tueri ſoleas quoſcumque in bonis artibus

exer-

Digitized by Google

exercitatos , nec a memoria permittas excidere , qui aut inſtituerunt , aut oblectarunt animum meridiationibus , elucubrationibuſve ſuis . Poſtremo , quod me cumulaveris omni beneficiorum genere , ut unicuique e familia tua nobiliſſima , ne dum tibi , cognoſcam , ob ſtudium in me tuum , & ſingularem benevolentiam tantum debere , quantum qui maxime . Cum igitur te judicem , æſtimatoremque rerum mearum habeam , ſed & patronum præterea , ac defenſorem , voluntatemque meam tibi obſtrictam beneficiis tantis aliqua grati animi ſignificatione teſtari poſſim ; eſt ſane cur ornatam nomine tuo immortali diſceptationem meam edi voluerim , editaque proſpere auſpicentur cordati homines , ut tibi pulcherrime omnes , magnificentiſſimeque augurantur . Tu vero comiti , quo polles , animo ac liberali , ſed & ingenuo præterea & nobili munuſculum meum ſuſcipe , & pagellas haſce , leves profecto , ſi molem conſideres & pondus , ſed non exigui laboris ac fructus , ſi argumentum contemplaberis , & eruditionem æqui bonique facito . Vale ac vive diu bonis omnibus .

Digitized by Google

LECTORI BENEVOLO
TYPOGRAPHI
MONITUM.

HÆc de Sibyllarum auctoritate in Chriſtiana religione diſceptatio Viri clariſſimi P. M. Franciſci M. Leoni Ordin. Min. Convent. , & in Patavino Gymnaſio olim Metaphyſices , nunc vero Theologiæ , & Eccleſiaſticæ hiſtoriæ Profeſſoris Publici totius veteris Eccleſiæ placita in re graviſſima , quæ maxime facit ad ſpiritum , quo vera religio agitur , dignoſcendum , aperit , atque ad uſum veterum monumentorum per novas criticæ artis vias quaſi manu ducit . Eſt hæc ſimulacri inſtar , & immaginis , quo , qui latiſſimum campum rerum antiquarum percurrere avet , atque vepres & dumeta , quibus veſtitus eſt & circumſeptus , effugere , ceu pictor a modulo ad tabulam intendat oculos oportet . Verum quemadmodum reapſe pictor non recte aget , niſi antequam ad pingendum accedit , præceptis , inſtitutiſque imbuatur , quibus pingendi ars continetur , ſic neque hiſtoricus , neque criticus niſi latices perluſtraverit prius , quibus utraque diſciplina dimanat . Hos indicatos invenies in ſpecimine hiſtoriæ Eccleſiaſticæ , quod adjecimus propterea , ut in utroque haberes utrumque . Nam ſi quæ diſcas , nec uti ſcias , quum didiceris , perinde erunt , ac ſi ſemota illa abs te ſemper fuerint , longeque remota . Itaque diſceptatio multa conjunget humana , divinaque , & hominum judicium caſtigabit ſevera criticæ artis trutina , ſpecimen vero hiſtoriam conjungens cum theologia , & qua ratione miſceri ea poſſint citra ferulam criticorum , & qua non poſſint , indicabit . Alacris tibi tanti auctoris librum offero , quod ſciam , P. M. Franciſcum M. Leoni *Oratio-*

nem

nem pro Metaphyſica , *diſceptationem de Pyrrhoniſmo* , *epiſtolas de fragmentis Irenæi* in defenſionem Viri Magni , atque Nobilis Marchionis Maffæi , *diſſertationes de Pentateucho divinitus dato* , *&* *de uſu rationis in Theologia* , *Meditationem de Deo* , *&* *Numine* , *epiſtolas de humanæ mentis immortalitate* , nec non *de Platonis Republica* , *&* *Ariſtotelis ea de re judicio* Viris litteratiſſimis jam pridem comendaviſſe . Vale.

Digitized by Google

NOI RIFORMATORI

DELLO STUDIO DI PADOVA.

AVendo veduto per la Fede di Reviſione, ed Approvazione del P. F. *Paolo Tommaſo Manuelli* Inquiſitore del S. Offizio di Venezia, nel Libro intitolato: *Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ Specimen P. M. Franciſci Leoni Ord. M. C. Veronenſis cum Diſſertatione de Sibyllarum auctoritate apud Chriſtianos Veteres ejuſdem Auctoris*, non vi eſſere coſa alcuna contro la Santa Fede Cattolica, e parimente per Atteſtato del Segretario Noſtro, niente contro i Prencipi e buoni coſtumi, concedemo Licenza a *Giambatiſta Albrizzi Stampatore di Venezia*, che poſſa eſſere ſtampato, oſſervando gli Ordini in materia di Stampe, e preſentando le ſolite copie alle Pubbliche Librerie di Venezia, e di Padova.

Dat. li 5. Giugno 1744.

(Z. Pietro Paſqualigo Rif.

(

(Marco Foſcarini Cav. Proc. Rif.

Regiſtrato in Libro a Carte 35. al n. 228.

Michiel Angelo Marino Segret.

31. Luglio 1744. Regiſtrato nel Magiſtrato Eccell. degli Eſecutori contro la Beſtemmia.

Alviſe Legrenzi Segret.

Digitized by Google

CAPUT I.

Occaſio ſcribendi.

SI divinarum rerum ſtudiis, qui ſeſe dedunt non nimis cupida ſiti laudis, aut, quod turpius eſt, propriæ utilitatis aviditate traherentur, ſed uno veritatis amore: jam omnis diſputatio cum hæterodoxis, omniſque contentio ab theologiæ finibus eſſet ejecta. Verum ea eſt hominum conditio vaniſſimorum, ut impetu quodam animi in transverſum acti & de rebus ante oculos poſitis diſputent, & contra ipſum auctorem naturæ contendant. Quod ſane eveniſſe iis, qui nuperrime ab Romanis inſtitutionibus deſciverunt, dubitare quis poteſt? (a) Vix enim primi Chriſtiædes fulciri ſe velle jactarunt, cum non eos ſolos vidimus continuo manus admoventes ad opus, ſed turbam repente ignotorum, colluviemque, ut ab eo die non munitionem Eccleſiæ cordati homines, ſed everſionem potius, atque perniciem portenderint. Quid ni ita eſt? Quotus enim quiſque eſt, qui neſciat, duces, & quaſi ſignipheros, qui mox catholicum agmen adorti ſunt, primo Pontificis Maximi jura invadiſſe; deinde magnis ſectatorum auxiliis ſuſceptis, placita multa jam pridem in Conciliis ſancita repudiavisſe? Quis ignorat, non diu poſt totius catholicæ Eccleſiæ hoſtes conſurrexiſse, ac ſacra templa penetraſse, ibique immagines, delubra, aras, ſacrificia, hoſtias denique, & ſacramenta ceu amentes homines, furenteſque inquinaviſse, evertiſse, diſſipaſse? Quæ profecto eminus ſpectanti admirationem quidem movere poſsunt, cominus intuenti non poſsunt. Qui enim naturæ arcana ſcrutati ſunt, ſic tradiderunt; vera quæ ſunt, ita inter ſe conjuncta eſse & copulata, ut alterum conſiſtere ſine altero non queat: ex quibus con-

Tertullian. de penitent. c. III.

a

(a) Floremundi Raemundi Hiſtoria memorabilis de ortu, progreſſu, ac ruinis hæreſum XVI. Sæculi aucta & illuſtrata ex ſcriptis R. D. Caſpar. Ulenbergii Lippienſis. Coloniæ Agrippinæ MDCLV.

conſequi tritum vetuſtate monitum illud intelligimus; niſi primum eripiatur flagitium ab animo, primaque opinio fallax a mente, neceſſe eſſe, ut homo paullatim in ſummos rapiatur errores, ac maximis in tenebris vitæ verſetur (*a*). Et ſane niſi Lutherani, Zuingliani, Calviniſtæ bellum Sanctis Patribus, atque Majoribus indixiſsent; Sociniani poſtmodum, Epiſcopiani, Remonſtrantes ſacris litteris fidem certam eamque divinam haud denegaſsent. Nil temere dico. Ut enim primum peſtifero vento invectæ angues venenato ictu conciſcere mortem innocuis hominibus cœperunt; ac tutum inquam phœdari divina oracula nefario ſcelere conſpeximus, ſacroſque vates interimi (*b*). Tunc ſiquidem Doctores noſtri, ut impediti curſores, coacti ſunt, iterum a calce ad carcerem reduci, quæque priſcis temporibus adverſus Cœlſum, Porphirium, Hieroclem Viri graviſſimi Origenes, Arnobius, Lactantius preſtiterant, rurſus in lucem, & memoriam hominum revocare. Cum autem Religio, ablata Chriſti divinitate, funditus ruat, cumque ex vetuſtiſſimis prophetarum documentis illa vel maxime eluceat, divina Chriſti conjuncta cum humanitate natura, quid aliud videtur a nobis exigere veritas labefactata & convulſa, niſi ut hæc oracula ſancta vindicemus (*c*)? Vindicabimus autem in veterem dignitatem ſacros Vates, rem a principio exordientes; ſimulque caput religionis ſanctiſſimæ ſententiis omnibus ulciſcemur.

Spanhem. diſſert. de Socinianis.

CA-

(*a*) M. T. Cicero de Natura Deorum lib. 1. & quæſt. accademic., necnon S. Auguſt. de chriſt. doctrin.

(*b*) Boſſuet contra Ugonem Grotium. Notæ in Biblioth. criticam Riccardi Simon, quæ eſt contra Bibliothecam Dupinii. Baltus de Prophetis. Craſſet de Sibylla.

(*c*) Le Tableau du Socinianiſme, où l'on voit l'impuritè & la fauſſetè des dogmes des Sociniens, & où l'on decouvre les myſteres de la cabale de ceux qui veulent tolerer l'hereſie Socinienne. A la Haye MDCXC. ſupreſſo nomine auctoris, qui eſt Mr. Jorieù.

CAPUT II.

De Sibyllis & prophanis Vatibus.

SI quicquam ullo tempore fuit, quod religioſis hominibus ſuperſtitioſi inviderint, & veluti in aliena bona mœruerint, prophetia certe fuit, quæ divinitus data, non tam noctua Soli, quam fuco ſemper, & mendacio adverſata eſt (*a*). Quemadmodum autem contendit aliquando Cicnis Hirundo, nec pervincit umquam; ſic quondam idololatria cum vera, ſinceraque religione invita fortuna contendit. Nam veſtris auribus accidere novum non poteſt, Sibyllæ olim tantum momenti, & auctoritatis fuiſſe tributum, quantum divinæ cuique rei concedi poteſt (*b*). At Sibylla quid erat? Hieronym. in Oleam.

a 2 Una

(*a*) *Prophetas, & Sapientes & Scribas Apoſtolos dicit. Prophetæ enim erant, quia prophetico ſpiritu erant repleti. Sapientes autem erant corde, ſicut propheta dicit de eis* & eruditos corde in ſapientia. *Scribæ autem erant corde, quia de theſauris ſuis nova, & vetera proferebant.* B. Joan. Chryſoſtom. homil. 46. ex capitul. XXIII. Hinc cum homines dirigi divino arbitrio crederent, & interpretari propterea divinam voluntatem averent, ortam eſſe divinationem apud prophanos, tradit I. B. de Vico *dei Princip*j *di una ſcienza nuova In Napoli* CIↃIↃCCXXX. Unde certum eſt apud Ethnicos Prophetas quoſdam cenſeri, ut pænes lib. VI. Stromat. Clement. Alexandr. Sic auctor lib. primi recognitionum ſcribit ſub initio: *Ægyptum petam, atque ibi Hierophantis vel Prophetis, qui Adytis præſunt, amicus efficiar, & pecunia invitatum Magum precabor, ut educat mihi animam ab inferis.* Fuerunt etiam Idæi Jovis prophetæ in Creta, de quibus Porphyrius lib. VII. *de abſtinentia*. Noti ſunt etiam Prophetæ Baal &c. Fraſſen *diſquiſ. biblicæ*. Sed & oracula prophana prophetas perſæpe habebant, atque Poetas: priorum erat dicta Pythiæ interpretari, poſteriorum ſoluta pede carminibus enunciare. Vandale de Oracul.

(*b*) Auguſtus in duabus aureis capſulis ſub baſi Apollinis Palatini (Sibyllinos libros) recondendos tradiderat Mornæus cap. 32. de verit. relig. chriſt. ex Sveton. in Auguſt. cap. 31. Sed multo ante Auguſtum Tarquinium referunt in urna lapidea ſibyllæ poſuiſſe librum, atque in capitolio tamquam in ſacro aſylo cuſtoditum ab Duumviris voluiſſe, quibus ſceleroſum eſſet illum producere, & qui eundem in graviſſimis Reipubl. negotiis conſulere poſſent. Eſt autem proceſſu temporis auctus Magiſtratus, qui & x. virum & xv. virum fuit. Ellie du Pin Bibliotheque pag. 54. Non eſt tamen omittendum quod habet Auguſtinus lib. XVIII. de Civit. Dei cap. 47. Sed *quæcumque prophetiæ aliorum de Dei per Chriſtum Jeſum gratia proferuntur poſſunt putari a Chriſtianis eſſe confictæ. Ideo nihil eſt firmius ad convincendos quoslibet alienos, ſi de hac re contenderint, noſtroſque fulciendos ſi recte ſapuerint, quam ut divina prædicta de Chriſto ea proferantur, quæ in Judæorum ſcripta ſunt codicibus. Quibus avulſis de ſedibus propriis, & propter hoc teſtimonium toto orbe diſperſis Chriſti uſquequaque crevit Eccleſia.* Julius autem ut religionem Romanorum in libros ſibyllinos irrideat, ſcribit, *obſervemus libros ſibyllinos: vocandus eſt nobis rex aliquis, ſi modo ſalvi eſſe volumus*; ex quibus Schedius repræhendit Mornæum,

Una ne an multiplex? E qua regione præterea, cujus generis, quibus inſtitutis, & ex qua diſciplina? Profecto nihil in univerſa antiquitate tam obſcurum eſt, tamque ignotum. Sunt qui illam ab arca Noe exiſſe perhibent, ac propter virginitatis florem vaticinandi dono ornatam, auctamque fuiſſe (*a*). Qui autem ita ajunt, videant quæſo quanto in errore verſentur. Scilicet octo dumtaxat ab univerſali catacliſmo emerſere, ac Numinis beneficio comune fatum effugierunt, Noe cum uxore, tres filii ejus, & eorumdem uxores itidem tres (*b*). Ergo illorum alter vel ſine femina fuit, vel conjugis fraternæ corruptor. Neutrum porro aſſeri poteſt, tum quod Moyſes egreſſos ab Arca, dicit, *Noe, & filios ejus, uxorem illius, & uxores filiorum ejus cum eo*, ac ſingulorum proinde ſingulas familias refert; tum quod conſanguineos atque ſorores ipſas nubere interdum cogente neceſſitate, conceſ-

Geneſ. cap. 8. v. 18

næum, qui dixerit ſibyllæ libros patuiſſe nemini, quem tamen accuſat Vandale, tamquam iniquum repræhenſorem *de Orac. Ethnicor.* p. 412.

(*a*) *Sambeta* ſibylla hæc nominata eſt, habeturque hebræa ao *Noe* filia junior. L. Vives non filiam Noe facit, ſed natam *Noe*, quam *urbem* dicit *prope mare rubrum* in caput XXIII. lib. XVIII. S. Auguſt. de C. D. Nuſquam tamen hoc nomen Urbis, quamquam diligentiſſime quæſitum, inveni. Inveni quidem apud *Hornium* hiſt. philoſoph. lib. 2. caput 1. *Sambetas* ab Caldæis vocatas eſſe Sibyllas, atque Erytream nurum fuiſſe Noe, & ipſam de ſe profiteri lib. 1. cum illo ſe in arcam recepiſſe, qua in altum vectam ab comuni neoe fuiſſe liberatam. Clemens Alexandrin. eam facit Orphæo vetuſtiorem lib. 1. ſtromat. p. 140. vel 384. Sebaſtian. a Caſtilione in ſuis annotationib. ad oracula ſibyllina, hæc habet. *Præterea in fine libri ſeptimi docet, ſe jam ardoribus, & ævo confectam eſſe, ſed tamen a tempore conſumptum iri; neque ſemper victuram. Ex quibus locis patet, eam diutius vixiſſe, quam ferret comunis ætas hominum. Quæ res locum fecit fabulæ, quæ ab Ovidio in 14. Metamorph. poſita eſt, ubi Sibylla oſtendit ſibi a Phoebo prorogatam eſſe vitam, ſeque jam ſeptingentos annos vixiſſe, & adhuc trecentos duraturam.*

De virginitate porro hæc Hieronym. adverſ. Jovinian. lib. 1. *Quid referam Sibyllas Erythræam, atque Cumanam, & octo reliquas: nam Varro decem fuiſſe autumat, quarum inſignis virginitas eſt, & virginitatis præmium divinatio.* Servius etiam ad illos Virgilii verſus 2. Æneid.

Tunc etiam fatis aperit Caſſandra futuris
Ora Dei juſſu, non umquam credita Teucris

addit, *præcepto Apollinis, qui ſpe promiſſi coitus, conceſſa divinatione, fruſtratus ſuſtulit fidem vera dicenti*. Vide Ovid. 14. Metamorphoſ., nec non Petrum Petitum de Sibylla lib. 1. c. XV., & XVI.

(*b*) *Egreſſus eſt ergo Noe, & filii ejus, uxor illius, & uxores filiorum ejus cum eo* Geneſ. cap. VIII. *In quo, & his, qui in carcere erant, ſpiritibus veniens prædicavit: qui increduli fuerant aliquando, quando expectabant Dei patientiam in diebus Noe, cum fabricaretur arca, in qua pauci, ideſt octo animæ ſalvæ factæ ſunt per aquam.* S. Petrus 1. epiſt. c. 3. v. 19. 20. 21.

ceſſum fuit, mœchum vero facere numquam fuit (*a*). Igitur vetuſtas non tam longinqua illam habuit, de qua inveſtigamus, Sibyllam. Præter quam quod videtur ne vobis ſimile vero Sibyllam ab antiquiſſima ætate Noe ad tempora Priſci

(*a*) „ Cum igitur genus humanum poſt primam copulam viri facti ex pulve„ re, & conjugis ejus ex viri latere, marium fæminarumque conjunctione opus „ haberet, ut gignendo multiplicaretur, nec eſſent ulli homines, niſi qui ex il„ lis duobus nati fuiſſent, viri ſorores ſuas conjuges acceperunt: quod profecto „ quanto eſt antiquius compellente neceſſitate, tanto poſtea factum eſt damnabi„ lius, religione prohibente. Habita enim eſt ratio rectiſſima charitatis, ut ho„ mines, quibus eſſet utilis, atque honeſta concordia, diverſarum neceſſitudi„ num vinculis necterentur: nec unus in una multas haberet, ſed ſingulæ ſpar„ gerentur in ſingulos, ac ſic ad ſocialem vitam diligentius colligandam plurimæ „ plurimos obtinerent. Pater quippe, & ſocer duarum ſunt neceſſitudinum no„ mina. Ut ergo alium quiſque habeat Patrem, alium ſocerum, numeroſius ſe „ charitas porrigit. Utrumque autem unus Adam eſſe cogebatur & filiis, & filia„ bus ſuis, quando fratres, ſororeſque connubio jungebantur. Sic & Eva uxor „ ejus utrique ſexui filiorum fuit & ſocrus, & Mater. Quæ ſi duæ feminæ fuiſ„ ſent, mater altera, & ſocrus altera, copioſius ſe ſocialis dilectio colligaret. „ Ipſa denique jam ſoror, quod etiam uxor fiebat, duas tenebat una neceſſitudi„ nes, quibus per ſingulas diſtributis, ut altera eſſet ſoror, altera uxor, homi„ num numero ſocialis propinquitas augetur. Sed hoc unde fieret, tunc non erat, „ quando niſi fratres, & ſorores ex illis duobus primis nulli homines erant: fie„ ri ergo debuit, quando potuit, ut, exiſtente copia, inde ducerentur uxores, „ quæ non erant jam ſorores, & non ſolum iſtud, ut fieret, nulla neceſſitas eſ„ ſet, verum etiam ſi fieret, nefas eſſet. Nam etſi nepotes primorum homi„ num, qui jam conſobrinas poterant accipere conjuges, ſororibus matrimonio jun„ gerentur, non jam duæ, ſed tres in homine uno neceſſitudines fierent, quæ „ propter charitatem numeroſiore propinquitate nectendam, diſſeminari per ſingu„ las ſingulæ debuerunt. Eſſet enim unus homo filiis ſuis fratri, ſororique conju„ gibus & pater, & ſocer, & avunculus; ita & uxor ejus iiſdem comunibus filiis & „ mater, & amita, & ſocrus: itidemque inter ſe filii eorum non ſolum eſſent fratres, „ atque conjuges, verum etiam conſobrini, quia & fratrum filii. Omnes au„ tem iſtæ neceſſitudines, quæ uni homini tres homines connectebant, novem „ connecterent, ſi eſſent in ſingulis, ſingulæ, ut unus homo haberet alteram „ ſororem, alteram uxorem, alteram conſobrinam, alterum patrem, alterum avun„ culum, alterum ſocerum; alteram matrem, alteram amitam, alteram ſocrum: „ atque ita ſe non in paucitate coarctatum, ſed latius, atque numeroſius propin„ quitatibus crebris vinculum ſociale diffunderet. Quod humano genere creſcente, „ & multiplicato etiam inter impios deorum multorum, falſorumque cultores ſic „ obſervari cernimus, ut etiamſi perverſis legibus permittantur fraterna conjugia, „ & melior tamen conſuetudo ipſam malit exhorrere licentiam: & cum ſorores ac„ cipere in matrimonium primis humani generis temporibus omnino licuerit, ſic „ averſetur, quaſi numquam licere potuerit. Et reliqua apud S. Auguſt. lib. xv. de C. D. cap. xvi. Quibus adde, legem latam viventibus, & animantibus primis, minime ſecluſo genere humano: *Creſcite, & multiplicamini, & replete terram*, quæ fruſtranea fuiſſet, ſi cognatio & nuptiæ interdictæ fuiſſent conſanguineis, niſi velimus in errore præadamitarum verſari. Quæ lex repetita cum fuerit familiæ Noe, eademque ſimili fuerit ad procreandos liberos neceſſitate compulſa, de filiis quoque Noe ratiocinandum eſt poſt cataclismum, ac de filiis Adam ratio-

ſci Tarquinii valuiſſe perducere vitam (*a*) ? Mihi profecto non videtur. Qui hæc ergo narrant, garriunt ut in ſcholis Philoloſophi, & cryſipæi interpretes videntur ſtoicorum ſomniorum.

CA-

ratiocinatus eſt Auguſtinus. Vide *Tertull. in apologet. cap.* IX., item *Arnobium lib.* VIII. *contra gentes*, *Theodoretum lib.* IX. Therapeut., & alios apud Leon. Coquæum in laudatum Auguſtini locum.

(*a*) ,, Septima *Cumana*, nomine *Amalthea*, quæ ab aliis *Demophile*, vel *He-*
,, *rophile* nominatur, eaque novem libros attulit ad Regem Tarquinium Priſcum,
,, ac pro eis trecentos philippeos poſtulavit, Rexque aſpernatus prætii magnitudi-
,, nem deriſit mulieris inſaniam. Illa in conſpectu regis tres combuſſit, ac pro re-
,, liquis idem pretium poſtulavit. Tarquinius multo magis mulierem inſanire pu-
,, tavit. Quæ demum tribus aliis exuſtis, cum in eodem pretio perſeveraret, mo-
,, tus eſt rex, ac reſiduos trecentis aureis emit: quorum poſtea numerus auctus eſt
,, capitolio refecto, quod ex omnibus civitatibus & italicis & græcis, & præcipue
,, erythræis coacti, allatique ſunt Romam cujuſcumque Sibyllæ nomine fuerint.
,, Lactant. lib. I. de falſ. relig.

Id autem refert A. Gelius Noct. Attic. in *Tarquinium Superbum* non *Priſcum*. Sic enim ſcribit. *In antiquis annalibus memoriæ ſuper libris Sibyllinis hæc prodita eſt. Anus hoſpita atque incognita ad Tarquinium Superbum Regem adiit, novem libros ferens, quos eſſe dicebat divina oracula, &c.* Ex quibus colligit Petitus hanc non fuiſſe ſibyllam, quod anus hoſpita vocata ſit, quaſi hæc memoria in fronte voluminis ſibyllini ad auctorem ejuſdem voluminis non pertineret. Plinius itidem in tempora *Superbi* hæc rejicit, non vero *Priſci*. *Inter omnes vero convenit*, ait ille, *Sibyllam ad Tarquinium Superbum tres libros attuliſſe. Ex quibus duo cremati ab ipſa, tertius cum Capitolio Syllanis temporibus combuſtus fuit*. Ubi varius eſt Plinius ab Lactantio temporibus, varius ab Aulo numero librorum. Petit. de Sibylla lib. II. c. IV.

Voſſii de libris Sibyllinis opinio plane ſingularis eſt, videlicet capta Jeruſalem ab Pompejo Judæos finxiſſe libros ſibyllinos, atque evulgaſſe, idque propterea quod exiſtimaverint jam tempora Meſſiæ fuiſſe propinqua ex vaticinatione Danielis: perinde ac ſi falſo ſcriberet Dionyſius Halicarnaſſeus ex Terentio Varrone. *Tarquinium Duumviros ex nobilium numero creaviſſe, & duos publicos Miniſtros ipſis addidiſſe, illiſque horum librorum cuſtodiam mandaviſſe, quorum alterum M. Atilium, inquam, quod viſus fuiſſet non bona fide ſe gerere, ab altero publico miniſtro parricidii accuſatum fuiſſe &c.* lib. IV. Romanar. antiquitat. Et perinde ac ſi purum, putumque comentum redoleret illud S. C., de quo hæc M. Tullius Cic. *Quamobrem Sibyllam quidem ſepoſitam, & conditam habeamus, ut, id, quod proditum eſt a majoribus, injuſſu Senatus ne legantur quidem libri, valeantque ad deponendas potius, quam ad ſuſcipiendas religiones*. Vid. Iſaac. Voſſ. de Sibyll. c. 4. p. 19.

Digitized by Google

C A P U T III.

De Sibyllis pluribus.

NEc velim quiſpiam exiſtimet præceptis, inſtitutiſque unius multas deinde ortas fuiſſe Sibyllas. Perinde enim eſt, ac ſi quis putet ea, quæ ſolo divino afflatu prædici queunt, ac ſolo divino lumine percipi artificio, & acumine hominis poſſe obtineri; quod ſane tantumdem horret a veritate, quantum a religione (*a*). Verum ii quoque, qui Sibyllas aſtruunt plures, non valde de numero illarum conveniunt. Alii ſiquidem duas commemorant *Erophilem*, & *Symachiam*: Alii tres, vel quatuor: Alii ſex, ſed nomina variant: plerique omnes poſt Varronem decem, qui tamen pugnant perſæpe vocabulis, locis, temporibus: nec defuit, qui poſt Varronem, ferme ac ſi de divinantibus divinare liceret, eas ſumma confidentia fecit duodenas (*b*). In re autem tam ancipi-

Fontenella de Oracul.

(*a*) *Futurorum præcognitio* animæ *eſt*, *divino Spiritu ad eorum*, *quæ occulta ſunt ſcientiam illuminatæ*, *& non præter voluntatem in corpore factæ motionis*. Ita Juſtinus M., vel ſi quis alius antiquus ſcriptor in lib. quæſt., & reſponſ. quæſt. xix. in reſponſ. Hinc Orat. ad Gent. ait *recte divinos eos appellatos fuiſſe*, *quos nunc vocamus fatidicos*, *& vates*. Quod prophani quoque homines non ſunt inficiati. Scribit enim Jamblicus ex verſione Galæi: *præſcientia revera nihil eſt ex omnibus*, *quæ generantur*, *nec ad modum phyſicæ mutationis efficitur*: *ſed nec inventa eſt*, *& excogitata*, *tamquam ad vitæ uſum neceſſaria*. *In univerſum nihil in ſe humani habet*; *ſed divinum quid*, *& ſupernaturale eſt*, *cœlituſque ad nos dimittitur*, *ingeneratum quid*, *& æternum eſt*, *& ſponte ſua præexiſtit*. Sect. 3. cap. 1. & 7. & 8. Item Manil. lib. IV. Itemque Alcoran. Sur. XLI. & XLIV. Hinc Lactantius, *Plato*, inquit, *qui de Mundi fabricatione diſſeruit*, *nec ſcire potuit*, *nec explicare*, *quippe qui cœleſte myſterium*, *quod non niſi prophetis*, *ac Deo docente diſcitur*, *ignorabat &c.* de divino præmio lib. VII., ex quibus conficitur non futura modo, ſed neque præterita cuncta, niſi imbuente Numine, poſſe dignoſci. Præclare Clemens Alexandr. *Prophetia*, inquit, *eſt præcognitio*: *cognitio autem eſt prophetiæ intelligentia*; *& veluti cognitio illorum*, *quæ illis prius fuere cognita*, *a Domino*, *qui omnia prius manifeſtat*. *Cognitio ergo eorum*, *quæ prædicta ſunt*, *triplicem oſtendit eventum*: *aut eum*, *qui fuit olim*: *aut eum*, *qui jam eſt præſens*: *aut eum*, *qui eſt futurus*. *Deinde extrema quidem ſub fide cadunt*, *tum eorum*, *quæ ſunt perfecta*; *tum eorum*, *quæ ſperantur*: *ad confirmanda autem ambo extrema*, *affert perſuaſionem præſens operatio &c.* Stromat. lib. 2. p. 458., alius 165. Vide etiam Tertullianum in apologetico c. 20. Et Hieronymum in caput alterum Danielis, ubi ait: *confitentur magi*, *confitentur arioli*, *& omnis ſcientia ſæcularis litteraturæ præſcientiam futurorum non eſſe hominum*, *ſed Dei*.

)*b*) *Martianus Capella* duas facit Sibyllas *Erophilam* Trojanam, quam alii *Erophilem*

Digitized by Google

cipiti, tamque ambigua juſta non carebimus repræhenſione prudentum, ſi certi quicquam aſſeverare voluerimus, quod diſſidium patiantur omnia, omninoque pugnas creent haud facile dirimendas. Nihilo tamen minus ſi conjecturis locus eſt, (eſſe autem in antiquitatibus rimandis ampliſſimum criticæ artis periti docent omnes ad unum,) ſic in re varia, & incerta mihi placet conjicere: *Sibyllam* videlicet *neque ab unius Delphidis nomine, neque a conſiliis Deorum denuntiandis* nactam eſſe vocabulum; ſed ab voce phænicia *Sabal Sebulam* nuncupatam fuiſſe, hoc eſt *Pythiam*, quo nomine, non *Delphici* dumtaxat

Pirrebroch. Clerc. artic. critic. Honorat. a S. M.

lem vocant, *Marmeſi* filiam, quam eandem putat cum *Phrygia*, & *Cumæa*, & *Symmathiam* filiam *Hipporenſis*, quæ *Erythræ* dicitur progenita, & *Cumis* vaticinata. *Paccujus Taurus* ædil. pleb. ſtatuam prope roſtra erexit Sibyllæ, ibique poſtmodum duæ itidem erectæ fuere a *M. Meſſala* utrum uni eidemque ſibyllæ, an tribus dubitant eruditi *Petitus* eidem affirmat, *Plinius* videtur innuere ſimulacra fuiſſe ſibyllarum trium, ob quam rem *Solinus* eas nominat *Cumænam*, *Delphicam*, & *Erythream Heriphilem*. *Ælianus* autem in *varia hiſtoria* quatuor fuiſſe declarat *Erythream*, *Samiam*, *Ægyptiam*, *Sardianam*, quibus alii duas addunt *Judæam* & *Cumænam*, ſicque enumerant ſex. *Varro in libr. rer. divinar.* prorſus decem. Græcorum fere omnium ſententia eſt, unam fuiſſe Sibyllam, ut Herculem unum faciunt, Mercurium, Jovem, quod non animadvertit *Petitus* lib. *de Sibylla*. Hinc de genere pugnant atque de patria, nam alii eam *Apollinis & Lamiæ* filiam volunt, alii *Ariſtocratis* & *Hydolis*, alii *Grinagonæ*, alii *Thedori*. Alii *Erythræam* tradunt, alii *Siculam*, alii *Sardinicam*, alii *Gergeticam*, alii *Rhodiam*, alii *Libycam*, vel *Leucanam*, vel *Samiam*. Difficile autem eſt perſuadere feminam unam omnes civitates iſtas peragraſſe, & in unaquaque moratam fuiſſe, ut ii volunt, qui de una ſibylla opinationem tuentur. *Varronis* autem Sibyllæ X. ut a *Lactantio* recenſentur hæ ſunt *Perſica*, cujus meminit *Nicanor* in lib. *de geſtis Alexandri* M. Eandem porro hanc fuiſſe cum Judæa, vel Caldæa perhibent Sambetha nomine Patre *Beroſſo* nata, & Matre *Erymantha*, ejuſdemque referuntur libri quatuor & viginti, diciturque vaticinata de Chriſto plura. II. *Libyca*, de qua *Eurypides* in *Lamiæ* prologo. III. *Delphica*, quam *Cryſippus* commemorat in lib. *de Divinatione*. Hanc *Themim* etiam vocant, a qua plura mutuaverit *Homerus*, & *Delphis* natam. Hanc *Daphen Tyreſiæ* filiam appellat *Diodorus*, quam *argivi Thebarum* expugnatores præfecerunt *Oraculo Delphico*, ubi peritior facta eſt. *Daphne* etiam altera in Laurum converſa *Ladonis* arcadis filia fatidica habetur. IV. *Cumæa* de qua Nævius de *bello punico*, & *Piſo* in *annalibus* multa habent. V. *Erythræa* de qua Apollodorus. Sed Strabo dividit Erythræam in ſeniorem, & juniorem. Lactantius autem cum *Babylone* natam dicat, ait maluiſſe ſe appellari *Erythream*. VI. *Samia*, quæ *Pytho* dicta ab Eratoſtene in *annalib. Samiorum*. VII. *Cumæna* nomine *Amalthæa*, & a quibuſdam *Herophile*, vel *Demophile*, vel etiam *Hierophile* nominata, de qua ſcribitur ad *Tarquinium* veniſſe, novemque libros obtuliſſe &c. Cujus ex *Solino* ſepulcrum eſt in *Sicilia*. VIII. *Eryphilo Amphiaras* conjux *Helleſpontiaca Marmiſſo* nata, quam *Heraclides Ponticus Solonis*, & *Cyri* ætate ponit. IX. *Phrygia Ancyræ* vaticinata. X. tandem *Tyburtina* nomine *Albunea*. Hæc ex *Varrone* a *Lactantio* lib. I. divinar. inſtitut. Addunt alii *Colophoniam Lampuſiam* vocatam & *Calchante* natam, & Sibyllam neſcio quam *Eliſſam* dictam. Itidemque *Caſſandram Priami* filiam, de qua Virgilius II. Æneid. Multa alia invenies pœnes comment. in lib. XVIII. Auguſt. de C. D. cap. XXIII. Ludovici Vives. Interim quid Poe-

Digitized by Google

xat oraculi, ſed antiſtites præterea Fani *Dodonæi*, *Ammonis*, ceterorumque, quæ ex tripode reſponſa dabant (*a*), vocatæ
b ſunt.

Poetæ, præſertimque Romani crediderint de Sibyllis, hauriri poteſt ex carminib. ſequentib. Ovidii lib. 14. Metamorph.

Nec dea ſum, dixit, nec ſacri turis honore
Humanum dignare caput: ne neſcius erres,
Lux æterna mihi carituraque fine dabatur,
Si mea Virginitas Phœbo patuiſſet amanti.
Dum tamen hanc ſperat, dum præcorrumpere donis
Me cupit; elige, ait, Virgo Cumæa, quid optes,
Optatis potiere tuis: ego pulveris hauſtu
Oſtendens cumulum, quot haberet corpora pulvis,
Tot mihi natales contingere vana rogavi.
Excidit, ut peterem juvenes quoque protinus annos.
Hos tamen ille mihi dabat, æternamque juventam,
Si Venerem paterer. Contempto munere Phœbi
Innuba permaneo, &c.

(*a*) Lactantius lib. I. p. 10. edition. aldinæ. *M. Varro, quo nemo umquam doctior, ne apud græcos quidem, nedum apud latinos vixit; in libris rerum divinarum, quos ad C. Cæſarem P. M. ſcripſit; cum de XV. viris loqueretur: ſibyllinos libros, ait, non fuiſſe unius Sibyllæ, ſed appellari uno nomine Sibyllinos, quod omnes feminæ vates Sibyllæ ſunt a veteribus nuncupatæ, vel ab unius Delphidis nomine, vel a conſiliis Deorum denuntiandis.*

Sabal vox phœnicia eſt, vel hebræa, ſi credimus *Thyſio*, quæ *ferre* aut *portare* ſignificat, quod *Sabulæ* id eſt *Sibyllæ* dæmonem in pectore *portent*. Unde ſibyllarum antiquiſſima, quam multi perhibent hebræam, *Sabula*, vel *Sambethe* dicta eſt. Hinc *Pythoniſſa* apud hebræos, *Pythia* pænes græcos. Thyſius Miſcellanear. cap. 13.

Porro de *Pythia*, aut *Pythoniſſa* B. Joannes Chryſoſtom. homil. 20. in Corinth. 22. inquit: *Dicitur Pythia inſidere tripodi quandoque Apollinis, ac quidem cruribus apertis: ſicque malignum ſpiritum inferne in corpus ejus penetrantem ipſam implere furore: eamque inde comis reſolutis & baccari, & ſpumam ex ore emittere; atque ita inebriatam maniaca illa proferre reſponſa.* Quod ante Chryſoſtomum jam ſcripſerat Origen. lib. VII. contra Celſum. Nonnus autem, qui S. Gregorii Nazianz. illuſtravit opera, ait, in Delphis templo, quod *erat Tripos & ſortes divinatoriæ. Et quod erant hæ ſortes divinatoriæ in phiala Tripodis. Quando igitur ille, qui ad oraculum conſulendum advenerat interrogationes ſuas inſtitueret, ſortes illæ in phiala movebantur: ac tunc Pythia implebatur, & proferebat illa, quæ volebat Apollo.* Vide Lucret. lib. 5.

Bacides ſive tres illi de quibus meminit Cic. lib. de *divinatione*, clarius autem *Arnobius* lib. I., & omnium clariſſime *Deſid. Herald.* annotationib. in *Arnob.*, atque *Salmaſ.* in *Solin.* p. 80., ſive, quæ in ſacris *Nyctelis* baccabantur ad aras, quæ proprie *Bacchæ* dicuntur, non omni tempore, ſicut *Sibyllæ*, ſed ſtatutis diebus, & horis vaticinabatur. Stat. lib. I. Sylv. II. de ſe & ſtella v. 258. Thebaid. lib. IV. Lucan. lib. I. v. 674., & Virgil. Æneid. lib. IV. v. 377. Strabon. lib. 5. & 15.

„ *Prophetæ*, interim, *forte jacta vices ſuas obibant*: iſque, cui id pro tempore obtigerat, procul dubio reſponſa Pythiæ ex Adytis referebat: cum illa reſponſa ſua furibunda quaſi, confuſa, atque obſcuriſſima inde proferret. Iſti igitur illa concinnabunt: neque hoc ſufficiebat. Verum & *Poetæ* aderant, qui talia reſponſa ex ore *Prophetæ* in carmina redigerent. De hac *Prophetarum ſortione* (non nihil apud Euripidem). Apud alia Oracula illud quoque vaticinantis Dei interpretes fuiſſe, ex *Ammonis*, & Dodonæi Jovis, & aliorum oraculorum deſcriptionibus cognoſcimus. *Anton. Van-Dale* de Oracul. Veter. Ethnicor. p. 155. edit. Amſtelod. CIƆIƆCC.

ſunt. Hæ tamen multo præſtabant reliquis fatidicis mulieribus, atque ab Ara & Antro dimiſſæ, regiones peragraſſe multas videntur, ubi magno in honore habitæ ſunt, ac ſumma hominum ſuperſtitioſorum exiſtimatione, & judicio floruerunt. Unde habemus, in Græcia, quando oracula plura fuerunt, plures pariter fuiſſe Sibyllas, quod a munere & officio, non ab arte, aut dono fuerint cognominatæ, ab locis vero, ſive delubris, aut ſpecubus celebratæ crebro, ac comendatæ. Quum autem adjita ſacra petere, libellos tradere, reſponſa aut viva voce audire, aut accipere interpretata a Propheta, aut a Poetis gravibus, pleniſque expreſſa carminibus facillimum græcis eſſet, Pythias apud hoſce potius ab comuni agnomine, quam nomine proprio fuiſſe uſurpatas ſuſpicamur; quæ ſiquidem pænes Romanos jam ſummum imperium auſpicatos, nondum tamen ad oras Italiæ propagatum, vel maxime concelebratæ ſunt, quibus tametſi ſuperſtitio quaſi anilis fuit, nulla tamen ſpelunca extitit, nulla crypta, quibus oracula funderentur (*a*).

C A-

(*a*) Quamquam nonnulli ferant *Bajani* in Italia, & *Belis* ſeu *Beleni* in Aquileja exſtitiſſe oracula, ut eſt apud Heroclianum lib. 8. nec non in Etruria apud Cærites *Apollinis* Liv. lib. 22. Quin etiam *Æſculapii* Romæ, & *Tiburtini* prope Romam *Tiburi*; certum eſt tamen, hæc reſponſa non retuliſſe eo modo, quo de *græcis* præſertim prædicatum eſt, ſed potius fuiſſe hæc templa, aut delubra, quæ vulgares latini adibant, ut per ſortes, vel ſomnia monerentur. Nec certum eſt patuiſſe rebus cunctis, ut de Pythiis ſcriptum eſt, ſed de tali re, ſive tali potuiſſe dumtaxat interrogari. Quorſum enim conſuluiſſent oracula longinquis in regionibus poſita, ſi finitima habuiſſent, atque propinqua? Aut quorſum ſibyllinos libros tanta religione cuſtodire, tantoque ſtudio, & cura illos inquirere, & ab remotis civitatibus in Urbem deferre? Præterquamquod nulli Sacerdotes inaugurati ſunt, nulli antiſtites, ut ſpecubus, ut antris, ut cryptis præeſſent, neque ulla lex in oracula Romana lata eſt. Quod ſi poſterioribus temporibus nonnulla adjiſſe oracula Romani videntur, aut Romam tranſtuliſſe italica, id, certum eſt, non prima ætate eveniſſe, qua de loquimur.

Digitized by Google

C A P U T IV.

An PP. SS. crediderint Sibyllas afflante Spiritu S. fuiſſe vaticinatas.

VErum pro munere noſtro de his ſatis multa. Neque enim ii ſumus, qui utriuſque diſciplinæ provincias turbare, ac miſcere aveamus, ſed qui a majoribus inſtitutum ordinem conſervamus, ſuaque unicuique tribuimus. Quod autem theologica trutina digniſſimum judicamus, illud inprimis eſt: detulerintne chriſtianorum principes momenti quicquam, & auctoritatis ſibyllinis carminibus, de quo ſtatutum eſt diſputare; ut inde Vatibus ſacris, quænam fides habenda ſit, & quanta, omni ex parte retorta ratione manifeſtiſſime depræhendatur. Nam quis ignorat, defenſores veteres, & aſſertores chriſtianæ religionis ſolitos fuiſſe ad prophana portenta, potiſſimum vero ad Sybillam confugere? Erat ne vindicanda religio ab veteri accuſatione, quod malo omine Romanum imperium funeſtarit? continuo ad *Sibyllam*, ad *Hidaſpem* ad reſponſa Deorum (*a*). Erat ne profligandus idolorum cultus, Deumque unum prædicandum, quem ſolum æquum ſit vera pietate proſequi, ac ſancte pieque precari? Statim ad vates iſtos feciales atque divinos (*b*). Erat ne beatum numen ab impio- Series factorum & controverſiar.

 rum

(*a*) *Sibyllæ*, inquit Lactantius, *aperte interituram eſſe Romam loquuntur, & quidem judicio Dei, quod nomen ejus habuerit inviſum, & inimica juſtitiæ alumnum veritatis populum trucidarit. Hydaſpes quoque, qui fuit Medorum Rex antiquiſſimus, a quo amnis quoque nomen accepit, qui nunc Hydaſpes dicitur, admirabilis omnium, ſub interpretatione vaticinantis pueri ad memoriam poſteris tradit, ſublatum iri ab orbe imperium nomenque Romanum.* Lactant. lib. 7. ubi illud quoque animadvertendum eſt, ſi Hydaſpes rex nomen flumini dedit, cum fluvius hydaſpis ſemper appellatus ſit, ita ſcribendum quoque eſſe regis nomen, & non Hydaſpes, ut in Scholiaſte Alexandrini Clementis, vel ſaltem mutandum utrique.

(*b*). „ Supereſt de reſponſis, carminibuſque ſacris teſtimonia, quæ ſunt multo „ certiora, proferre (*a fabulis namque exorſus erat*). Nam fortaſſe ii, contra quos agi„ mus, nec Poetis putant eſſe credendum tamquam vana fingentibus, nec philo„ ſophis, quod errare potuerunt, quia & hi homines fuerunt. Marcus Varro, „ quo nemo umquam doctior ne apud Græcos quidem, nedum apud Latinos vi„ xit; ..... Sed & nos confuſe Sibyllam dicemus, ſicubi teſtimoniis earum fue-

„ rit

rum notis purgandum, viſque illius ab iniquiſſimis calumniis liberanda? ocyus ad hæc fatidica effata (*a*). Erat ne *Epiphania* divini verbi enuncianda, & everſio fuſæ per humanum genus ſuperſtitionis perſuadenda? illico ad volumina fatiloqua oculos, animumque convertebant. Erat ne tandem extremum mundi exitium extremumque humanæ conſcientiæ examen comminandum? ſubito clamabant, *Hydaſpem* ſumite, legite *Sibyllam*, perinde ac ſi omne myſterium, licet tacitum, etſi occultum fuerit iiſdem divinitus reſeratum (*b*). Non ignoro autem, quid noſtri paſſim ſolent ad hæc reſpondere. Scilicet non ex ſententia, aut ex animo illa attuliſſe, quæ probe norant cœlitus non fuiſſe dimiſſa, ſed iis quoque rivulis hortulos ſuos irrigaſſe, ut adverſus prophanos ea teſtimonia adhibe-
Lact. lib. 1. & lib 7. rent, *quibus poſſent aut credere, aut certe non repugnare*. Quod cum

„ rit abutendum. Omnes igitur hæ Sibyllæ unum Deum prædicant, maxime tamen „ *Erythræa*, quæ celebrior inter cæteras, ac nobilior habetur. Siquidem *Feneſtella* „ diligentiſſimus ſcriptor de xv. viris dicens, ait, reſtituto capitolio (*incendium ſiquidem paſſum fuerat*) retuliſſe ad Senatum *C. Curionem Conſ.*, ut legati Erythras „ mitterentur, qui carmina Sibyllæ conquiſita Romam deportarent: itaque miſſos „ eſſe *P. Gabinium. M. Octacilium L. Valerium*, qui deſcriptos a privatis verſus circa mille Romam deportarunt. Lactant. lib. 1. p. 10. in tergo edit. aldin.

Hi oraculorum libri (nempe Sibyllarum) *uſque ad bellum Marſicum permanſerunt incolumes .... Sed poſt* CLXX. *Olympiadem templo incenſo .... Oracula, quæ extant nunc, ex variis locis ſunt comportata, alia ex italicis urbibus allata, alia ex Erythris aſiaticis ex S. C. miſſis legatis, qui ipſorum exemplar deſcriberent, alia ex aliis urbibus, & a privatis hominibus tranſcripta, in quibus quædam ſuppoſititia, & carminibus ſibyllinis inſerta reperiuntur ... Dico autem ea, quæ Terentius Varro in ſuis commentariis theologicis memoriæ prodidit*. Dionyſ. Halicarnaſſen. lib. 4. Rom. antiquit., Eſt obſervatu dignum varie hæc ab utroque auctore narrari, cum tamen uterque illa ex eodem fonte hauſiſſe profiteatur.

(*a*) „ Cumææ quidem volumina, quibus *Romanorum facta* conſcripta ſunt, in „ arcanis habentur: cœterarum tamen fere omnium libelli, quo minus in uſu ſint „ omnibus, non vetantur, ex quibus alia denuntiat univerſis gentibus iram Dei „ propter impietatem hominum..... (*vide tacita, & velata carmina fuiſſe Cumææ*)... alia quoque per indignationem Dei adverſus injuſtos *cataclyſmum* priore „ ſæculo factum eſſe dixit &c. *Lactant. de ira Dei* p. 285.

(*b*) *Hydaſpem ſumite, legite, & invenietis Dei filium multo clarius, & apertius eſſe ſcriptum. Et quemadmodum adverſus Chriſtum multi reges inſtituent aciem, qui eum odio habent*. Clem. Alexandr. Stromat. lib. 6. Item Lactant. lib. 7., & S. Aug. lib. 18. de C. D.

„ *Hydaſpes* enim, quem ſuperius nominavi deſcripta iniquitate ſæculi hujus ex- „ tremi, pios, ac fideles a nocentibus ſegregatos, ait, cum fletu, & gemitu ex- „ tenſuros eſſe ad cœlum manus, & imploraturos fidem *Jovis*, *Jovem* reſpecturum „ ad terram, & auditurum voces hominum, atque impios extincturum, quæ omnia „ vera ſunt præter unum, quod *Jovem* dixit illa facturum, quæ *Deus faciet*. *loc.* „ *ſupr. laudat. Lactant.*

cum de *Lactantio* , *Hieronymo* , *Theodoreto* , *Auguſtino* certum omnino ſit, & exploratum (*a*), quemadmodum periti homines ſolent, reſponſum dediſſe ſentio : cum autem de *Juſtino M.* , & *Clemente Alexandrino* quoſdam invenerim ancipiti cogitatione diſtractos , quoſdam vero ad contrariam partem inclinatos, haud ſatis ea ratione feciſſe conſentio (*b*). Et re quidem vera ubi vetitum ab Tito Antonino fuit opus Hydaſpis, & ſibyllina volumina , ibi chriſtiani adverſus iniquum interdictum conqueſti ſunt e veſtigio, & Martyr Juſtinus nomine Sociorum querelas attulit princeps ; clamans , Deumque hominesque conteſtans, inſtigatione malorum dæmonum fuiſſe factum , ut *adverſus librorum Hydaſpis , aut Sibyllæ , aut pro-*

Baron. 143. §. 1.

Orat. ad Anton. Pium.

(*a*) Lactant. lib. 1. pag. 9. in tergo . Vide ſupra littera *b* hoc cap. 4. Præterea conſule lib. 5. c. 4., & 5. ejuſdem auctoris . Ubi præter alia hæc habet . *Oportebat huic , quia nondum* capere *poterat divina , prius humana teſtimonia offerri &c.* Ambroſ. in Hexam. Hieronym. in cap. 16. Iſajæ . Præterea Theodoret. Orat. 10. De providentia . Auguſt. autem, *in hoc* (Manichæum) *deceptum*, ait , *quod non attenderet in nullis Eccleſiis illa* (Sibyllina carmina) *recitari , cum hebræi prophetæ in omnibus gentibus clareant , atque ad chriſtianam ſalutem tanta infidelium examina deducant* cont. Fauſt. & poſt non nulla . *Sibylla porro , vel Sibyllæ , & Orphæus , & neſcio quis Hermes , & ſi qui alii vates vel theologi , vel ſapientes , vel philoſophi gentium , de filio Dei , aut de Patre Deo vera prædixiſſe , aut dixiſſe perhibentur : valet quidem aliquid ad paganorum vanitatem revincendam , non tamen ad iſtorum auctoritatem amplectendam , cum illum Deum nos colere oſtendimus , de quo nec illi tacere potuerunt , qui ſuos gentiles populos ad idola , & dæmonia colenda* (eſt autem hoc obſervatum etiam in libris ſibyllinis) *partim ducere auſi ſunt , partim prohibere auſi non ſunt* . Inſuper lib. 13. c. 15. *Quantum diſtat de adventu Chriſti inter prædicationem Angelorum , & confeſſionem dæmoniorum , tantum inter auctoritatem prophetarum , & curioſitatem* ſacrilegorum . Vide cap. 46. & 47. lib. 18. de C. D. in Pſalm. 40. &c.

(*b*) Montucutius in diſputat. contra Roſuveydum ſect. 4. hæc habet „ Gentiles „ & Pagani Judæorum vaticiniis non ſunt involvendi ? qui nec prophetas ipſos olim „ noſſent , nec quid dona prophetiæ , & chariſmata poſſent . Meminiſti , opinor , „ relatum a te nuper de Cypriano viro diſertiſſimo , & acerrimo diſputatore admorſum illum a Firmiliano apud Lactantium , quod contra paganum Demetrianum „ ſcribens prophetarum uteretur *Theoſorumenon* & Apoſtolorum teſtimoniis , cum il- „ le ea ficta , fucata , futilia diceret & comentitia . Meminiſti Chryſoſtomo eandem „ fuiſſe mentem , Hieronymo eandem &c. Non ſic autem Juſtino , & Clementi &c. Vide præterea *Joannem Longum Sileſium* coment. in *Juſtinum* M. Baſileæ . Valeſium in lib. 23. *Ammiani Marcelini* . *Theod. Canterus* lib. 2. Variar. Lection. c. 19. corrigit illa Lactant. lib. 7. c. 16. &c.

De Sibyllis quo ſpiritu afflarentur non ſatis conſtat inter doctos : nec enim abſurdum Deum dæmonas ipſos ad laudes ſuas interdum cogere . Philipp. Mornæus de verit. Relig. Chriſtian. cap. 3. p. 50. Rurſus cap. XXXII. ait , Origen. Clement. Alexandr. Juſtin. M. libros ſibyllinos laudaviſſe , plurimique feciſſe , quos etiam defendit , nec inventos , nec corruptos fuiſſe , ſed puros ſinceroſque ad Conſtantini Imperat. tempora perveniſſe .

Digitized by Google

prophetarum lectores mortis ſupplicium conſtitutum fuerit, ne mortales opera illa luſtrantes neceſſaria veritate imbuerentur (*a*). Quibus ſane nonnulli ex noſtris ita fracti difficultate ſunt, ut rem in medio relinquerint. Quid vero Clemens? An non eſt Prophanorum oraculorum cenſendus ille Patronus, qui ad eadem appellat, tamquam ad anchoram ſacram, iiſdemque majorum auctoritatem conciliat? Porro Alexandrinus Clemens Sibyllas, & Hydaſpem in teſtimonium vocat tum ad di-

(*a*) *Juſtinus M.* ad Gentil. Orat. p. 57. & 78. ,, Quæ porro priſca, valdeque an-
,, tiqua Sibylla, cujus Plato, & Ariſtophanes, & alii complures, ut fatidicæ me-
,, minerunt, reſponſis ſuis de uno, atque eo ipſo ſolo Deo nos doceat, referre ne-
,, ceſſe eſt. *Item poſt nonnulla*: Videbat enim (*Plato*) prædictiones ejus ad rem
,, conferri, ac proinde admiratione ductus in libro ad Menonem fatidicos laudat,
,, & ad verbum ita ſcribit: *recte profecto divinos eos appellaverimus, quos modo vo-*
,, *camus fatidicos, & Vates, nec minus hos etiam (in Reſpublicæ adminiſtratione ver-*
,, *ſantes homines), quam reliquos, atque inſuper eos quoque dixerimus divinos eſſe,*
,, *atque numine inſtigari afflatos, nec non a Deo agitari attonitos, qui res multas, &*
,, *magnas, recte, & vere dicunt, nihil eorum, quæ loquuntur intelligentes*: manife-
,, ſto, & aperte ad carmina reſpiciens Sibyllæ. *Et infra*. Porro cum non in poeticis
,, numeris, neque in ea, quæ apud vos clara habetur eruditione, viri græci, res
,, veri cultus Dei ſint ſitæ, relicta deinceps carminum, & orationum exquiſita ra-
,, tione ad dicta *Sibyllæ* citra contentionis ſtudium animum advertentes, cogno-
,, ſcite tandem, quorum vobis illa bonorum futura ſit conciliatrix Servatoris noſtri
,, JESU CHRISTI adventum diſertis verbis clare prædicens. *Rurſus Oration.* ad *Antonin. Pium*, *ſeu Apol.* 2. ,, Itaque quod aſſeruimus, quæ futura erant, vatici-
,, niis prophetarum prædicta eſſe, non per fati neceſſitatem ea fieri dicimus, ſed
,, Deum futurorum omnium hominum factorum præſcium eſſe indicamus. Et cum
,, opinio hominum ſit, pro operum meritis, cuilibet premium redditum iri, ipſe
,, quoque Deus remunerationem ſuam factorum meritis reſponſuram eſſe per prophe-
,, ticum Spiritum prædicit: ad animi intentionem, & recordationem ejus rei ſem-
,, per humanum genus producens, & curæ id ſibi eſſe, ſeque ei proſpicere oſten-
,, dens. Opera autem, & inſtinctu malorum dæmonum mortis ſupplicium adverſus
,, librorum *Hydaſpis*, aut *Sibyllæ*, aut *prophetarum* Lectores conſtitutum eſt, ut per
,, timorem homines ab illis, quominus ſcripta ea legentes rerum bonarum notitiam
,, percipiant, ſed in ſervitute eorum retineantur, abſterrerentur: quod certe qui-
,, dem efficere, ed ad finem ſuum perducere nequiverunt. Non enim abſque ti-
,, more tantum hujuſmodi ſcripta legimus, verum etiam vobis ad inſpiciendum,
,, quæ in eis traduntur, ut videtis, offerimus, grata, acceptaque omnibus fore
,, ſcientes.

Baronius hoc decretum refert in Titi Aurelii Fulvii Bojonii Antonini acta, qui Adriano ſucceſſit, quique putatur cooptatus anno V. Æ. CXXXVIII. Conſulib. Camerino & Nigero. Ferunt autem, poſtremo anno vitæ ſuæ, qui fuit V. Æ. Chriſtianæ CLII. Sex. Junio Glabrio, & C. Omollo Veriano CC. pro Chriſtianis ad omnes Aſiæ provincias, nec non ad Atenienſes, Teſſalonicenſes, & Græcos ferme univerſos ſcripſiſſe. Ante quem annum neceſſe eſt decretum emanarit in divinos atque prophetas, ſi tamen ejus eſt, commemoratum ab Juſtino M. decretum. Quamquam pro chriſtianis Antonini epiſtolas in dubium revocent permulti. Vid. Tillemont L'Empereur Tom. 2.

ad divinitatem Chriſti probandam, cum ad Calamitates Eccleſiæ exugerandas, quas fuiſſe ab illis prænunciatas, fuſe prędicat, tum etiam Numinis beati, & immenſi, quod eſſe niſi unum non poteſt, longos latoſque tractus demonſtrandos. Nec iis contentus Vir omni doctrina præſtans, & eximius ſibi Pauli Apoſtoli auxilium quoque adjungere ſtudet, quem laudat utpote Sibyllarum, & Vatum fatidicorum præconem, cultoremque. Quæ ſane declarare videntur tantum officii in hæc fatiloqua contuliſſe Clementem, quantum in divina quæque conferri poteſt, quantumque ſi divini ipſi viverent non ſolum ſibi minime darent, ſed hæc audientes fortaſſe ab riſu & chachinnis non abſtinerent. (*a*) Sic accepimus ſuperiori

h. e. divinam providentiam late patentem.

(*a*) „ Quoniam, quemadmodum Judæos Deus ſalvos eſſe voluit, dans eis prophetas, ita etiam græcorum ſpectatiſſimos in propria ſua lingua prophetas excitatos, prout poterant capere Dei beneficentiam, a vulgo ſecrevit, præter Petri prædicationem, declarabit Paullus Apoſtolus dicens. *Libros quoque Græcos ſumite, agnoſcite Sibyllam, quomodo unum Deum ſignificet, & ea quæ ſunt futura: & Hydaſpem ſumite & legite, & invenietis Dei filium multo adhuc clarius, & apertius eſſe ſcriptum, & quemadmodum adverſus Chriſtum multi reges inſtruent aciem, odio habentes illum, & eos qui nomen ejus geſtant, & ejus fideles, & ejus tolerantiam, & adventum*. Deinde uno verbo nos interrogat. *Totus autem mundus, & quæ ſunt in mundo cujus ſunt? nonne Dei*? &c. lib. 6. Stromat. p. 762.

„ Heraclitus autem non humanitus, ſed divinitus potius dicit, apparuiſſe Sibyllam. Ajunt itaque, Delphis in curia oſtendi petram quandam, ſuper quam dicitùr ſediſſe prima Sibylla, quæ ex Helicone venerat educata a Muſis, cum eſſet filia Lamiæ Sidoniæ. Serapion autem in Verſibus dicit, ne mortuam quidem a divinandi arte ceſſaſſe Sibyllam: & id quidem, quod ex ea in aerem receſſit poſt obitum, eſſe, quod in ominoſis vocibus, ac rumoribus divinat: ex eo autem, quod in terram mutatum eſt, corpore, exorta, quod conſentaneum eſt, herba, quæcumque eam beſtiæ comediſſent, cum in eo loco eſſent, ſcribit, perfectam futuri cognitionem per exta hominibus ſignificaſſe. Stromat. lib. 1. p. 358. Hanc Sibyllam Pauſanias vocat *Herophilen*, aitque natam *Jove*, & *Lamia* Neptuni filia, quæ fabula multum prodeſt iis, qui Avum Sibyllæ principis Noe faciunt. Vid. Pauſan. in phocid. p. 629. edit. Hanov.

Ita Sibyllam inducit illa canentem, quæ cœlitus dumtaxat accepiſſe poterat

Quæ caro verum oculis, immortalemque videret,
Cœleſtemque Deum, cujus ſuper æthera ſedes?
Quippe nec adverſi radiantia ſpicula ſolis
Mortales ſubeant defixo lumine viſus. Stromat. lib. 5. p. 714. & infra.

Jam vero videtur Homerus quoque dicere Patrem, & filium per aptam, ut videtur, horum divinationem.

Certe cum ſolus ſis vim tibi ſi afferat Utis,
Haud ratione queat fugier morbus Jovis ulla,
Namque Jovem ægiferum nihilum curare Ciclopes
Suerunt.

Et ante eum Orphæus loquens de eo, quod eſt propoſitum, dixit:

Nate Jovis Magni, pater & Jovis ægiferentis. Lib. 5. Stromat. p. 718. alias 257

riori tempore nonnullos acriter diſputaviſſe, quorum nomina exſtinxit dies, utinam & opinionum commenta deleviſſet (*a*).

CA-

(*a*) Vide Petitum de Sibylla, nec non Blondellum in idem argumentum. Porro ſit ejuſdem Clementis accuſator etiam Dionyſ. Petavius, qui Theolog. Dogmat.
de Incarnatione lib. XIII. cap. XVII. num. VIII. ſcribit ,, Clementem in illa ſuiſ-
,, ſe opinione, ut crederet, Chriſtum Dominum, & Apoſtolos ejus operam dediſ-
,, ſe tam Judæis, quam Græcis, qui antequam carnem aſſumeret Impertita ſibi co-
,, gnitione recte uſi erant, ad veram fidem, & notitiam illius adducendis etiam
,, apud inferos. Atque hoc in II. Stromat. probat. ex libro Paſtoris, qui Apo-
,, ſtolos, ceteroſque Doctores, qui nomen filii Dei prædicarunt, etiam iis, qui
,, ante mortui erant, prædicaſſe refert, eoque modo vivificatos eſſe mortuos, cum
,, nomen filii Dei cognoviſſent. Quod in VI. libro repetit, ac Petri teſtimonio
,, confirmat.

Et numero X. ,, Joannes quoque Damaſcenus in libro de Defunctis, duo gene-
,, ra hominum apud inferos ſalutem a Chriſto conſecuta eſſe dicit; alterum ex ju-
,, ſtitia, velut ſunt Patriarchæ, & Prophetæ, & alii ex hebræorum populo, &
,, quicumque fide, ac ſanctitate præditi ex hac vita diſceſſerant: alterum, quod
,, ſola Dei benignitate ſervatum eſt, continet eos, qui integerrime vixerunt; ac
,, recte ſatis comendabiles fuerunt, continentes, temperati, & a deliciis abhor-
,, rentes; neque tamen ſinceram, ac divinam habuerunt fidem. Hos ergo Dei
,, notitia imbutos ac fide in ſalutem, aſſeruiſſe Chriſtum, exiſtimat. Quo numero
,, philoſophos illos Veteres, ac Sibyllas, alioſque complectitur. At quomodo ſalu-
tem adepti ſunt, ſi Joanne ipſo Damaſceno docente, placere Deo non poſſumus ſi-
ne fide? quomodo autem fuerunt Sibyllæ perfuſæ aliqua fide, ſi tamquam pſitaci
loquutæ ſunt, quod uterque oſtendit pluribus in locis, de vatibus, & diviniſ
agentes? Excuſandi autem PP. ſunt, ſi obſcuris temporibus, quibus Gnoſtici apocryphis libris impleverant orbem, ſectati fraudolentas elucubrationes, quas ſatis
tum dignoſcere non poterant, in ſcopulos quondam impegerunt. Vide Craſset de
Sibyl.

C A P U T V.

De Sententia Juſtini M.

NAm ſi ſingulatim explodantur Patres , potiſſimum vero illi , qui ætate prima Eccleſiæ florentes , inſtituta Chriſti , quaſi ab Apoſtolis acceperunt , an non ita chriſtianam Doctrinam univerſe perdimus , aut ſaltem intra parietes ejuſdem Scholæ rixas , & pugnas de rebus graviſſimis excitamus ? Ergo defendendus Juſtinus, Clemens vindicandus eſt, utpote qui de religione noſtra optime meriti ſine defenſore , & vindice jacere non debent. Ut igitur exordiamur a primo , facilis eſt & prompta reſponſio ad illa , quæ obrectatores ex Juſtino contra Juſtinum attulerunt . Scilicet non ſuam Martyr beatus , nec Patrum ſuperiorum temporum , nec Apoſtolorum refert eo loci ſententiam , ſed Platonis , qui afflatu divino actum hominem futura fari valere cum afferat , Sibyllam aſſerit cœleſti ſpiritu pulſam vaticinatam fuiſſe. *Videbat enim (Plato)* , inquit Juſtinus , *prædictiones ejus ad rem conferri, ac proinde admiratione ductus in libro ad Menonem fatidicos laudat , & ad verbum ita ſcribit* ,, Recte profe-
,, cto divinos eos appellaverimus , quos modo vocamus fa-
,, tidicos , & vates , nec minus eos etiam (in Reipublicæ
,, adminiſtratione verſantes homines) quam reliquos , atque
,, inſuper illos quoque dixerimus divinos eſſe, atque numi-
,, ne inſtigari afflatos , nec non a Deo agitari attonitos, qui
,, res multas , & magnas recte , & vere dicunt , nihil eo-
,, rum quæ loquuntur intelligentes : *manifeſto , & aperte* , (deinceps Juſtinus) *ad carmina reſpiciens Sibyllæ (a)*. At ſive

Vicent. Livi-nenſ. in Moni-tor.

 exa-

(a) ,, Quapropter cum ſimiliter quædam cum his , qui apud vos ſunt , in ho-
,, norem poetis , & philoſophis : quædam vero amplius etiam , & divinius , &
,, & quidem ſoli cum demonſtratione dicamus : cur ita ſupra omnes inique odiis
,, ſumus expoſiti ? Cum enim a Deo omnia exornata eſſe , & creata dicimus . Pla-
,, tonis ſententiam referre videmur : cum autem exuſtionem fore Stoicorum : Rur-
,, ſum cum animas aſſerimus poſt mortem quoque ſenſu præditas eſſe , & injuſto-
,, rum quidem excruciari , bonorum vero ſuppliciis liberas feliciter agere ; cum
,, ſoc-

examinemus Platonis dicta, ſive Juſtinus quæ Platonis addidit dictis, profecto objurgatores in vepres, atque dumeta compellemus. Nam quis non videat, numinis afflatum ibi per Platonem latius patere, ac ſoleat a noſtris accipi? Si enim qui maxima prudentia pollent rerum agendarum, qui ea peragunt, quæ admirationem movere poſſunt, divini dicendi ſunt, intimoque veluti pulſu Dei jactati: certe non minus ſapientes, & inventores artium prophetæ erunt vocandi, quam, Sagæ anus, Conjectoreſque. Nec ſuffragari eiſdem alterum poteſt. Fuit enim comune illius ævi Doctoribus noſtris,

Panatici homines.

,, poetis & philoſophis eadem aſſeverare exiſtimamur. Opera autem manuum ho-
,, minum adotanda non eſſe cenſentes, Menandro Comico, & qui eadem dixerunt
,, ſuffragamur. Majorem namque opificem eſſe opere facto, illi pronunciarunt. Et
,, quod *Rationem* & *Verbum*, quod primum eſt geminen Dei, abſque mixtione
,, genitum eſſe dicimus *Jeſum* videlicet *Chriſtum* magiſtrum noſtrum: atque hunc
,, crucifixum & mortuum, & redivivum aſcendiſſe in Cœlum, nihil novi ab eis,
,, qui apud vos dicuntur eſſe Iovis filii, aſſerimus &c. *Orat. ad Anton. Pium* p. 132.
& alibi ,, Sic enim efficere ſe poſſe, dæmones ſunt rati, ut homines pro fa-
,, bulis prodigioſis, poeticiſve narrationibus res Chriſti haberent. Et vulgata hæc
,, ſunt & apud Græcos, & apud Gentes, ubi magis illi audiebant, prophetis præ-
,, nunciantibus, homines in Chriſtum credituros eſſe.

Tertullian. Apolog. adverſus Gent. cap. 47. ,, Omnia adverſus veritatem de ipſa ve-
,, ritate conſtructa ſunt, operantibus emulationem iſtam ſpiritibus erroris. Ab iis
,, adulteria hujuſmodi ſalutaris diſciplinæ ſuborta, ab his, quædam etiam fabu-
,, læ immiſſæ, quæ diſſimilitudine fidem infirmarent veritatis, vel eam ſibi po-
,, tius evincerent: ut quis ideo non putet Chriſtianis credendum, quia nec poe-
,, tis, nec philoſophis. Vel ideo magis poetis, & philoſophis exiſtimet creden-
,, dum, quia non & chriſtianis. Itaque & ridemur Deum predicantes judicatu-
,, rum. Sic enim & poetæ, & philoſophi tribunal apud inferos ponunt. Si gehen-
,, nam comminemur, qui eſt ignis arcani ſubterraneus ad pœnam theſaurus, pro-
,, inde dechachinnamur. Sic enim & Pyriphlegeton apud mortuos amnis eſt &c.

Item cap. 10. Sic Clemens Alexandrin. Stromat. lib. 5. ,, Platonem enim præ-
,, tereo, qui palam, ac perſpicue in ea quam ad Eraſtum, & Coriſcum ſcribit
,, epiſtola, Patrem, ac Filium, neſcio quo pacto, ex hæbraicis litteris palam,
,, ac manifeſte aperit, ubi ſic eos hortatur. *Dum juratis*, inquit, *ſtudio non il-*
,, *liberali*, *ac ſtudii ſorore doctrina mutuo conjuncti per Deum ipſum rerum omnium*
,, *ſive præſentium*, *ſive futurarum præſidem*, *nec non præſidis etiam*, *principiique*
,, *parentem Dominum juretis*, *quem quidem*, *ſi modo recte philoſophamini*, *cogno-*
,, *ſcetis*.

Et pagina 656. alias 237. ,, Sed quoniam nec bono juſte, nec cognitioni ad ſa-
,, lutem volunt credere, nos ipſi ea, quæ ſunt illorum propria exiſtimantes, quo-
,, niam Dei ſunt omnia, maxime vero quia quæ ſunt pulcra & honeſta a no-
,, bis ad Græcos pervenerunt, ea tractemus, prout ipſi apti ſunt ad audien-
,, dum &c.

Vide præterea Euſeb. præparat. Evangel., & evangel. demonſtrat. Itidem demonſtrat. Evangel. Daniel Huet. Epiſcop. præſertim propoſition. 4. Vide etiam lib. 10. cap. 22. Auguſtin. de C. D.

ſtris, atque Magiſtris veſtigia chriſtianę pietatis in tanto fabularum acervo perquirere, & veluti ſalubria a peſtiferis ſecernere, ut hoc modo & veram religionem quacumque ſuperſtitione antiquiorem eſſe demonſtrarent, & quicquid afferrent, quod ſpeciem præſeferret novitatis, conſervatum diu fuiſſe oſtenderent in monumentis populorum, & ad Eccleſiæ tempora quaſi per manus traductum. Sic de *Trinitatis* ſanctiſſimæ, ac ſalutiferæ *Incarnationis* myſteriis Juſtinum ipſum quo de agimus, ſed Tertullianum præterea, alioſque plurimos diſputaviſſe, obſervatum eſt. Satis igitur Juſtino fuit, divinationem Platoni & Gentibus non ignotam fuiſſe; ut inde colligeret, quæ juxta prædicta evenere, jam in arcanis Gentium fuiſſe, Vatibus ſolum perſpecta & ſapientibus, atque a ſacris prophetis multo antea vaticinata; quæ vero exitum minime reſpondentem vaticinationi ſortita ſunt vel dubium vel etiam varium, ea aut Dæmonis ope, quem aliquando Deus coegit, quamquam fraudatorem & inficiatorem impudentiſſimum, vera fari, aut de induſtria fuiſſe confecta (*a*). Quid igitur mirum ſi contra Imperatoris interdictum reclamat, quo Hydaſpis, & Sibyllarum non modo volumina, quibus mutuatæ a Judæis, ſive interpreta-

comunis opinio Doctorum prioris ævi.

(*a*) Pulcherrimus eſt Locus Athenagoræ in orat. pro Chriſtian. *Poetæ namque*, ait Athenag., *& Philoſophi ejus notioni, ſicut, & aliis ſtudiis per conjecturam incubuere, ut juxta ea, quæ ab aſpiratione Dei provenit competentiam (ſimpathiam) ipſe quiſque ſui ipſius animi ductu inquireret, ſi quo modo fieri poſſet, ut veritatem inveniret. Tantum vero illi præſtare ea in re potuere, quantum ejus cognitionem non aſſequuti eſſe comperiuntur: quippe, qui Dei notionem non a Deo, ſed a ſeipſo quilibet addiſcere voluerit. Quo circa alius aliter ſenſit, & docuit de Deo, & de materia, & de formis, & de ipſo mundo. Nos autem eorum, quæ novimus, & credimus teſtes habemus prophetas; qui divino acti ſpiritu, doctrinam de Deo ipſo, & rebus divinis promulgarunt. Quin ipſi quoque, qui & prudentia, & vera erga verum numen pietate alios excellitis; dixeritis, contra rationem eſſe, ſi quis ſuperſedens divino Spiritu credere, qui ora prophetarum tamquam organa muſica movit, humanis opinionibus animum intendat.*

Porro Epiphan. inter ſacrum, & prophanum prophetam diſtinguens, illud conſtituit diſcrimen inprimis, quod ſancti homines recte intelligentes, probeque animadvertentes vaticinati ſint. Cum autem Juſtinus cæterique portendiſſe dicant Sibyllas, Orphæum, Hydaſpem, quæ non intelligebant, jam apparet S. S. minime ſtante portendiſſe. Vide Epiphan. adverſus Cataphrygias, cæteroſque, qui contra hæreſim Montani ſcripſerunt cujus fatidicæ *Priſcilla*, & *Maximilla* erant, quas Enthuſiaſtas Dæmonum appellat idem Epiphanius ibidem.

Digitized by Google

tæ a philoſophis multæ veritates compræhenſæ erant : verum enim vero Vatum ſacrorum præſagia vetita fuerant ? Quid *mirum ſi mirifico afflatu* Sibyllam ea portendiſſe ait, quæ *proxime ad prophetarum accedunt Doctrinam* ? Ubi, ſi illa, quæ ope divina fiunt, aut divinis auxiliis ; ſi illa, inquam, fieri, cognoſci, predicarique dixerimus afflatu Numinis beati, attenuabitur ſenſim de hac re difficultas omnis, omninoque evaneſcet (*a*). Sed ad Clementem veniamus.

i.e divina gratia adjutus homo, & auctus dono Dei.

CA-

(*a*) Liber *quæſt. & reſponſ.* niſi ſit ille laudatus a Photio, in quem plurima deinde intruſa ſint, certe M. Juſtini eſſe non videtur. Nihilo tamen minus ſive Juſtini Siculi ſit, ſive alterius auctoris, illud extra dubium eſt, ab cordato, & perito viro fuiſſe conſcriptum. In eo autem *Reſponſ. & ſolutio quæſt. ad quæſt.* 2. hæc habentur „ Ejuſdem Dei hæc ſunt omnia tam prædictio verborum, quam eventus
„ rerum : qui & per ſacros Vates, atque apoſtolos, quæ futura erant præloquutus
„ eſt, & per eos itidem, qui a vero cultu ſunt alieni, quæ facturus erat, præ-
„ monſtravit. Quemadmodum namque per vatem *Balaam* Iſraeli benedixit, ho-
„ ſtibus autem ejus maledixit, utrumque vero per rerum futurarum divinationem
„ fecit : ita etiam per vaticinium Regis Babylonis (Ezech. II.) *Nabucodonoſor* ca-
„ piendam eſſe *Hieruſalem* præſignificavit. Sicut dicit *Ezechiel* Propheta : *Et inſiſtet*
„ *rex Babylonis in viam antiquam, in initio duarum viarum, vaticinii vaticinandi*,
„ *& virgæ concutiendæ, & ſculptilium percontandorum, & ad dexteram ejus exto-*
„ *rum inſpiciendorum gratia. Et factum eſt ſuper Hieruſalem* ? Et quæ ſequuntur.
„ Conſimiliter & per vates græcos, quæcumque eventu ad rem collata ſunt, ipſe
„ præmonſtravit. Per multum vero Prophetæ Vatibus interſunt. Primum equidem,
„ quod in cujus nomine Prophetæ, & Apoſtoli futura prædixere, Dei, ejus ha-
„ buerunt cognitionem, fidem, & cultum ; & quæcumque de græcorum oraculo-
„ rum, & Deorum abolitione, & chriſtianarum rerum conſtitutione prophetæ ſunt
„ proloquuti, exitum ſuum conſecuta ſunt omnia. Deinde, quod nihil eorum, quæ
„ Vates vel adverſus verum Deum, & cultores ejus, vel pro græcarum, Ethni-
„ carumque rerum ſtatu prædixerunt, ad eventum perductum eſt. Teſtatur hæc Aſ-
„ ſyriorum Occidio (4. Reg. 18. Eſajæ 36.) qui divinationibus ipſi ſuis incitati di-
„ xerunt, non ſine Domino ſe aſcendiſſe in terram hanc, ut vaſtarent eam. *Do-*
„ *minus mihi dixit : aſcende in terram iſtam, & demolire eam*. Et cum aſcendiſ-
„ ſet contra Vatum ſuorum divinationem, conciſus eſt. p. 56. tom. 3. inter Oper.
„ Iuſtin.

In ea autem Oratione, quæ ad *Gentiles* inſcripta eſt, ſic diſerte loquitur „ Itaque
„ nemo cui integra mens eſt, ſalutem ſuam poſt iſtorum eloquentiam habeat :
„ verum juxta veterem illam hiſtoriam, auribus cera obturatis, Sirenum ſua-
„ vem quidem, ſed pernicioſam effugiat peſtem. Viri enim illi, quos diximus,
„ facundiam veluti etiam quamdam illecebroſam prætendentes, permultos ſibi a
„ recta religione obducendos eſſe, ſtatuerunt : eum, qui primos homines plurium
„ deorum cultum docere, eſt auſus, imitati. Quibus ut ne obſecundetis, ſed ut
„ potius ſacrorum virorum vaticinia legatis etiam, atque etiam rogo. Qua in re
„ ſi quæ vobis tarditas adhuc, aut priſca Majorum veſtrorum ſuperſtitio, quo mi-
„ nus Sanctorum hominum prophetias evolvatis, unde unum eumdemque ſolum
„ eſſe Deum diſcere poſſitis, quod primum eſt veræ pietatis documentum, obſta-
„ culo

Digitized by Google

,, culo eſt : ei ſaltem , qui primum quidem vobis plurimæ divinitatis ſacra tra-
,, didit : poſtea vero utilem , atque neceſſarium palinodiam , & recantationem ca-
,, nendam ſibi eſſe cenſuit , utpote qui ea , quæ paullo ante ſcripſi , dixerit , ob-
,, ſequimini Orpheo , atque item aliis , qui eadem de uno , & ſingulari perſcri-
,, pſere Deo . Divinæ namque providentiæ de nobis hoc opus fuit , ut illi vel in-
,, grati ea , quæ a Prophetis de uno Deo ſunt dicta , teſtimonio ſuo vera eſſe
,, comprobarent , ut ab omnibus de Diis multis abrogata doctrina veræ cognitio-
,, nis vobis præberetur oportunitas . Perfacile autem vobis erit rectam religionem
,, *ex parte aliqua , & ea , quæ proxime ad prophetarum accedunt doctrinam* , a ve-
,, teri Sibylla ex afflatu quodam mirifico per ſortes , ac reſponſa vos docente perci-
,, pere &c. p. 77.

Ex quibus obſervatione dignum , Sibyllam *commemorari cum Orpheo : proxime accedere ad prophetas* ; non prorſus acceſſiſſe , ſcriptum eſſe , quod multis erroribus ſcateat Sibylla , præſertim errato perantiquo magni Platonis anni , quibus immunes ſunt prophetæ : ac *per reſponſa , & ſortes vaticinatam :* tandem *mirifico afflatu* , non divino . Quum autem alibi divino afflatu portendiſſe ait , loquitur , ut apparet ex textu , ex ſententia Platonis .

,, Longe namque antiquior eſt Moſes omnibus etiam græcorum Scriptoribus . At-
,, que omnia quæ de animæ immortalitate , aut ſuppliciis poſt mortem , aut cœ-
,, leſtium rerum contemplatione , aut ſimilibus doctrinis & philoſophi , & poetæ
,, dixerunt , a prophetis argumento ſumpto , & intelligere ea , & exponere po-
,, tuerunt . Ad Anton. P. Orat. p. 153. Vide Dialogum cum Tryphone ubi *ſolos ſacros vates* afflatu divino , & Spiritu S. repletos vaticinatos , ait

CAPUT VI.

De Sententia Clementis Alexandrini.

Video autem iniquos reprehenſores Patrum Sanctorum contra Clementem Alexandrinum duplicem accuſationem factitare. Sumunt alteram a teſtimonio Paulli, quod perperam uſurpaſſe jactant, quia nec Apoſtoli eſt, nec alterius hominis fide digni: altera vero ab doctrina, quam de Hydaſpe tradidiſſe ajunt, & de Sibylla, ceu a tutiſſima ſede prompta eſt. Sed peſſime utrumque jaculum, & fruſtra. Non enim primum nocere quicquam poteſt, quotieſcumque obſcuritas eorum temporum, tum propter ſuperſtitioſorum in chriſtianos ſævitiam hominum, tum ob ſubortas hæreſes, feroſque graſſatores gregalium noſtrorum haudquaquam conceſſit Doctoribus, ut veros, ac ſinceros libros a falſis diſtinguerent. Quot enim (bone Deus) Patres Sancti apocrypha laudarunt, ac ſin minus nequiter & dolo malo illi, ut facere nonnulli ætate noſtra videntur, decepti profecto aliena fraude Apoſtolis tribuerunt? Teſtes mihi ſint Origenes, Nazianzenus, Joannes Damaſcenus, Maximus, ſed & Tertullianus, atque Hieronymus, qui tamquam apoſtolica opera eaque certiſſima citarunt multa, ſpuria proculdubio, & ſuppoſitiria, quæ cum circumferri paſſim iis temporibus conſueverint, a culpa liberari cum turba debent, quod examinis occaſione omni dempta inopinato ibi caſu ciciderint (*a*). Igitur vel excuſandus Clemens

h.e. propter perſecut. Eccleſiæ.

(*a*) Tertiam Paulli ad Corinth. epiſtolam, quam Uſſerius ſe vidiſſe teſtatur *notis in epiſt. Ignatii M. ad Tralianos*, invenimus laudatum, ſic epiſtolas Paulli plures extare pœnes Arabes *Joann. Gregor.* contendit *præf. ad notas in quæd. SS. loca*. Pulcherrima eſt fictio & fraus de epiſtola Petri Apoſt. ad *Pipinum*, *Carolum Magnum & Carolo-mannum*, de qua Baronius ad annum DCCLV., & Molinæus lib. 9. de pœnit. cap. 14. Pariter Evangel. Thomæ, ejus initium ita habet. *Neceſſarium exiſtimavi ego Thomas Iſraelita per me innoteſcere omnibus fratribus ortu gentilibus &c.* De hoc Coteller. in not. ad Conſtit. Apoſtol. lib. 6. cap. 16. Scilicet ſcribitur in hoc Evang. *Jeſum* fuiſſe in diſcipulatu *Zachæi*, ibique cum cœpiſſet a prima littera, ita uno ſpiritu ad poſtremam deveniſſe, ut præceptor raptus admira-

mens cum ceteris, vel reliqui omnes cum illo damnandi ſunt (*a*).

Quid?

miratione diſcipulus pueri evaſerit. Sic in quodam Evang. Mar. apud Irenæum lib. 1. cap. 17. Liber de infantia Chriſti Arabice, & Latine editus ab Henrico Sike. Vide Coteller. loco laudato, & M. Sc. Biblioth. Reg. Pariſienſ., ac novell. Obſer. cap. 1. & ſequent. Richard. Simon. Item acta Thomæ. Ubi curioſa illa formula precandi M. V. *Veni Mater Miſericordie, Veni, quæ revelas myſteria occulta; Veni Mater ſeptem domuum, ut quies nobis veniat in octava domo*. Vide diſſert. de PP. Apoſtol. Thom. Ittigii. Item Euſebium lib. 3. cap. 3. Citatur autem hæc predicatio etiam ab Auctore libri de *rebaptizandis hæreticis* inter opera Cypriani. Extat itidem Miſſa nomine Petri inſcripta G. L. Paryſ. edita in 8. anno MDXCV., & in Biblioth. PP. 1624. Tom. 2. Epiph. hæreſ. XLII. exhibet locum quendam a Marcione laudatum, excerptum ex epiſtola Paulli ad Laodicenſ., qui tamen repetitur in epiſt. ad Epheſ.: eam videre eſt in Teſtam. N. xx. Linguar. Norimb. MDXCIX., & in Philologo Hebræo Græco Joann. Leuſdeni. Sic *Aſcenſio*, quæ commentum eſt Cajanorum apud Epiph. hæreſ. XXXVIII. num. 2. Apocalipſis apud Sozomenum lib. 7. cap. 18.: de illa etiam Auguſtin. tract. 98. Sex epiſtolæ ad Senecam, quæ apud Xiſtum Senenſ. Biblioth. ſancta lib. 2. &c. Item Liturgia S. Matthæo inſcripta, & de ortu ſive Nativitate B. M. V. inter Hieronym. oper. Tom. 4. Liturgia Jacobi apud Rynaudotium &c. Nicodemi Phariſæi Evangel. de paſſione, & reſurrectione Chriſti, Lipſiæ primum editum MDXVI. S. Barnabæ epiſtol. apud Origen. lib. 1. contra Celſum, Uſſer. in prelo Oxonienſ. MDCXLIII., & L. Bat. MDCLXXXV. multis illuſtrationib. Steph. le Moyne. Hanc laudavit Hieronym. dial. adverſ. Pelagium Tom. 3., ſed alteram pro altera, ut epiſtolar. Ignat. M. eodem loco, & alibi paſſim &c.

(*a*) ,, Non ſolum vero falſi ſuſpecta Ethnicis fuere oracula illa de Chriſto, ſed
,, etiam Eccleſiæ; quo nihil ad eorum auctoritatem infringendam vehementius
,, judico. Alioqui dicant mihi eorum aſſertores, cur Apoſtoli, & qui propius
,, eos ſequuti ſunt, in ſuis apud Græcos, & alias externas nationes concionibus
,, non illa iis de Chriſto teſtimonia propoſuerunt, Paullus præſertim, qui *Arati*,
,, *Epimenidis*, *Menandri* verſus ad Athenienſes verba faciens ſacræ interponit con-
,, cioni: cur igitur de *Sibyllæ* oraculis ne verbum quidem? Cur ne ad Romanos
,, quidem ſcribenti venit in mentem Sibylla, cujus ſanctam iis auctoritatem eſſe
,, ignorare non potuit? Scio quid Clemens ſcriptum reliquerit in VI. Stromat. ſo-
,, litum hunc in ſermonibus ad Ethnicos ablegare eos, non modo ad Sibyllæ, ſed
,, etiam ad Hyſtaſpis Magi libros . . . . . . Verum quod tales Apoſtoli conciones ci-
,, tat Clemens non mirabitur, qui ejus libros ſtudioſe evolverit. Ita multa alia
,, in iis occurrunt ſcripta apocrypha, quæ temporibus illis, quibus ſcribebat,
,, paſſim circumferebantur. Hæcque ut litterarum ſtudioſus, & *poſmatis* non ve-
,, retur proferre in medium oblata occaſione, ne ignoraſſe videretur. Sic in
,, tertio eorumdem librorum hæc Chriſti verba ex Evangelio Egyptiorum refert.
,, *Veni ſolvere opera feminæ*, h. e., ut ibi interpretatur, *cupiditatis*, quam fe-
,, minam appellat. *Opera autem cupiditatis ſunt generatio, & corruptio*. Poſt quæ
,, verba, ſubdit Chriſti colloquium cum Salome. Cum, inquit, Chriſtus di-
,, xiſſet: *Veni ad diſſolvendum opera feminæ*, h. e., cupiditatis, cujus opera ſunt
,, peccata, & animæ interitus, querit Salome. *Quouſque morientur homines*? Cui
,, reſpondet Servator. *Quamdiu parient mulieres &c.* Hæc ea cauſa adnotare vi-
,, ſum eſt, ut omnes intelligant, quantum ſibi & Clemens, & alii ejus ærta-
,, tis permiſerint in quibuſcumque citandis veterum ſcriptis &c. Petitus Med. Pa-
riſienſ. de Sibylla.

Sunt porro, qui ſic legendum putant illnd Clementis: declarabit Paullus Apoſtolus dicens: *ſumite libros Græcos*. Agnoſcite Sibyllam: tamquam priora dum-

taxat

Quid ? quod vitio nequaquam vertitur PP. Sanctis non unius , aut alterius , ſed quatuor priorum Eccleſiæ ſæculorum fere omnibus , quod Dæmones exiſtimaverint cum mu- Geneſ. c.6 v.2 & 3. lieribus congreſſos , atque ex hoc nefando concubitu humanum gigantum genus procreatum ? Liberantur autem ab hac non fucata errarione , propterea quia ſectati ſine ſtatera prophetiam falſo Henoch adſcriptam , & teſtamentum duodecim Patriarcarum , in quibus talia aut futura , aut facta fuiſſe, narrantur , in errorem, eumque tolerandum, miſerrime rapti ſunt (*a*) . Ergo ita peccavit Clemens , ſi ductus fallaci epiſtola quadam Paulli , veluti tendiculis quibuſdam depræhenſus credidit Hydaſpis , & Sibyllinis ſententiis

taxat fuerint Paulli ; poſteriora Clementis . Confer Grabii ſpicileg. p. 66. , & annotat. in Clement. Joann. Potteri . Porro , ab hoc Evangel. ſecundum Egyptios ſuum ſumpſiſſe errorem Sabellianos , auctor eſt Epiphan. apud Fraſſen diſquiſ. Biblic. etiam Protoevangel. Iacobi ibidem . Non approbaviſſe autem hoc Evangel. Clementem aſſerit Fraſſen ex iis , quæ habet p. 455.

(*a*) Judas Apoſtolus in epiſtola ſua hæc habet : *Prophetavit autem & de his ſeptimus ab Adam Henoch dicens : Ecce venit Dominus in ſanctis millibus ſuis facere judicium contra omnes , & arguere omnes impios de omnibus operibus impietatis eorum , quibus impie egerunt , & omnibus duris quæ loquuti ſunt contra Deum peccatores impii* . Cum autem in hac prophetia congreſſus Dæmonum cum mulieribus , h. e. filiorum Dei cum filiis hominum , nomine autem filiorum Dei interpretatur Henoch dæmones , narratus ſit , inde opinionem ſuam nacti ſunt Juſtinus M. , Irenæus , Clemens Alexandr. , Athenagoras , Tertullianus ; quibus deinceps ſubſcripſerunt Methodius M. , Cyprianus , Lactantius Firmianus , Severus Sulpitius , & ſi qui ſunt alii . Præterea Origenes homil. 28. in lib. Numeror. laudat itidem hanc Henoch prophetiam , & Teſtamentum XII. Patriarcharum . Hic autem rejicit , ut ſpuriam extantem vaticinationem Henoch : ſaltem apud hebræos , ſic etiam Clemens lib. 3. Stromatum . Vide Syncellum in Chronograph. ad annum M. 143. Fraſſen diſquiſ. Biblicæ p. 44. *Grabius* Spicilegii Volum. 1. fragmentum non exiguum edidit prophetiæ Henoch p. 347. Conſentit etiam Teſtament. XII. Patriarchar. p. 150. Conf. Origen. lib. 5. contra Celſ. Cyrillum Alexandr. adverſ. Antropomorph. c. 17. &c.

Le Moynius in not. ad epiſt. Barnabæ p. 848. *Hæc fuit* , inquit , *ſententia omnium fere PP. , ad quam Platonici , & Pythagorei proxime videbantur accedere ; ſuam vero iſtam doctrinam ab ipſis hebræis hauſiſſe nullus eſt paullo humanior , & litteratura judaica , & cabaliſtica , paullo imbutus , qui hoc facile non ſibi perſuadeat* . Hic autem agit Moynius de ſabatico anno , h. e. de regno Chriſti futuro poſt judici ; diem ad mille annos . Hoc porro tempus felix Chilias dicitur etiam a PP. Videas autem coiviſſe etiam PP. ſere omnes in hanc opinionem , quam damnatam ferunt ſub Damaſo in Concilio Romano . Quamquam alii exiſtiment , inter quos Nicol. le Novry apparat. ad Biblioth. PP. , minime ibi PP. SS. de regno mille annorum damnatam fuiſſe ſententiam , ſed Cerinthi , & Gnoſticorum errores trudentes circumciſionem , legalia , fœdaque multa in illud regnum . Id porro , quod de priori ſententia ſcribit Hieronym. *Unde autem illos* (PP. SS.) *damnem non habeo* , qui tamen irriſerat , & profligaverat Cerinthum.

Digitized by Google

tentiis (in hoc autem altera accuſatio radices agit) ut ejus ſit inexpiabilis culpa ? Equidem ſi quid judico , non ſic judico : qui autem ita ſentit & dijudicat , ſentiet , ſe omnium ſermones vapulare . Verum accedamus propius ad rem .

Porro , ajunt , putaviſſe Clementem , Græcos quoque ſuos habuiſſe Prophetas , quemadmodum nationes ceteras , eoſque a Deo excitatos fuiſſe , ut non ſecus ac Vates Judæorum occultiſſimam veritatem teſtarentur . Sit ita . Numquid inde conſequitur , utrumque Vatum genus par feciſſe Clementem ? Nihil profecto minus . Nam beneficio Dei Optimi Maximi eveniſſe contendit , ut Idololatris vaticinatio innoteſceret, prout ab iiſdem percipi poterat, non tamen, hanc ab eadem vena fluxiſſe , contendit , unde veridica prophetia omnino manavit . Quo enim modo Romanarum legum promulgatione præparavit humanos animos Deus ad Evangelium ſuſcipiendum : ſimili ratione gentium portentis , & divinatione , ad veraces ſinceraſque voces dignoſcendas , atque ſequendas Divinorum Oraculorum humanas mentes diſpoſuit . Ergo fautor Mendacii Numen ? Quis iſtud audire non horreat ? Immo Induſtrium , & acre , & ut Græci ajunt φιλοπονων , quod valuit *de malo bonum facere* , quod multo præſtantius eſt , *quam nullum malum eſſe permittere* . Hinc ſicuti Auguſtinus Philoſophos , Legislatoreſque vocat veritatis poſſeſſores injuſtos : ſic Clemens prophanos Vates , *fures* omnes , & *latrones* appellat ; ut inde colligamus non ab eo puteo , a quo haurienda fuerat (aut ſaltem non libere , ſed clanculum) cecos homines veritatem traxiſſe . Locus Clementis , iſque inſignis libro primo Stromatum , in quem referendi ſunt reliqui omnes textus , reperitur , ubi poſtquam nomina Virorum illuſtrium ſingula recenſuit , qui ſive apud Barbaros , ſive pœnes Græcos futura portendiſſe dicuntur , a quorum numero Sibyllarum turbam minime excludit , loquitur poſtmodum in hæc verba . *Sed illi quidem fures omnes , & latrones , ut dicit ſcriptura , plurima ex obſervatione , & ex veriſimilibus prædixerunt , ſicut Medici , & Vates , qui ex regula naturæ conjectant : alii*

Lib. 6. Stromateon.

Aug. 7. Confeſſ. de vera relig. de Gen. cont. Manich. epiſt. 3. ad Voluſian. epiſtol. 105. lib. 18. d. C. D. c. 18.

Joan. 10 v. 18.

autem etiam a Dæmonibus incitati vel per aquas , & ſuffitus , & aerem aliqua qualitate præditum perturbati : apud Hebræos autem Dei virtute , & inſpiratione . Hactenus Clemens . Poterat ne ille latius diſcrimen ponere inter ſacros , prophanoſque Divinos , & falſas , minimeque fallaces Vaticinationes ? Hac autem differentia , hoc intervallo , hac diſſimilitudine initio Operis ſui Stromatei conſtituta ; cur libere Sibyllas, Hydaſpen , ceteroſque fatidicos nuncupare non poterat prophetas , & afflatos , vel melius vocabulo Græco *ενθουσιαστας* ? (*a*) Igitur licet Clemens ita illos uſurpet, quaſi mi-

(*a*) Locus integer Clementis ſic habet poſt illa in textu adhibita ,, apud hebræos vero Dei virtute , & inſpiratione , ante legem quidem Adam , qui & de
,, muliere , & de animantum nominatione futura prædixit : & Noe qui prædica-
,, vit pœnitentiam : & Abraham , Iſaac , & Jacob , qui aperte non pauca ex
,, futuris iis , quæ jam inſtabant , præſignificabant . Legis autem tempore Mo-
,, ſes , & Aaron : poſt quos prophetavere Jeſus filius Nave , Samuel , Gad , Na-
,, than , Achias , Samnæas , Jehu , Helias , Michæas , Abdiu , Eliſæus , Abda-
,, donai , Amos , Eſajas , Oſee , Jonas , Ioel , Hieremias , Sophonias filius Bu-
,, zi , Ezechiel , Urias , Ambacum , Nahum , Daniel , Miſael , qui præerat ra-
,, tionibus , Aggæus , Zacharias , & Angelus , qui erat ex duodecim unus . Sunt
,, autem omnes prophetæ XXXV. Ex mulieribus autem (nam eæ quoque prophe-
,, tabant) Sara , & Rebecca , & Maria , Debora , & Olda . Deinde circa ea-
,, dem tempora prophetavit Joannes uſque ad baptiſmum ſalutarem . Poſt Chriſti
,, autem ortum Anna , & Simeon . Zacharias enim , pater Joannis , ante filium
,, quoque in evangeliis dicitur prophetaſſe . Hæc libro primo Stromat. p. 400.
,, & 401.

Jam vero paullo ante docuerat ,, Prophetas , ut qui a Domino fuerunt miſſi ,
,, & inſpirati , non eſſe *fures* , ſed *miniſtros* . Dicit itaque Scriptura . *Miſit Sa-*
,, *pientia ſervos ſuos convocans cum alto præconio in craterem vini* . Philoſophia au-
,, tem non miſſa eſt a Domino , ſed venit , inquit , furto ſurrepta , vel a fure
,, donata . Aliquis igitur ſive Poteſtas , ſive Angelus , qui veritatis aliquid di-
,, dicit , & in ea non manſit , hæc inſpiravit , & furto ſurrepta docuit ; hoc fa-
,, ciens , non quod neſcierit Dominus , qui fines eorum , quæ futura ſunt , no-
,, vit ante conſtitutionem uniuſcujuſque eſſentiæ , ſed quod non prohibuerit . Tunc
,, enim aliquam habuit utilitatem furtum , quod redibat ad homines , non quod
,, is , qui ſurripuit , utile ſibi proponeret , ſed Providentia ad utile dirigeret iſtius
,, facinoris eventum p. 366., & 367.

Et alibi ,, Oſtendimus autem in primo Stromate Græcorum philoſophos dici fu-
,, res , qui a Moſe & Prophetis præcipua dogmata non grate acceperunt . Quibus
,, illud quoque adjiciemus , quod angeli illi , quibus ſuperna ſors obtigerat de-
,, lapſi ad voluptates , enunciarunt arcana mulieribus , & quæcumque ad eorum
,, venerunt cognitionem , cum alii cœlarent Angeli , vel potius reſervarent in ad-
,, ventum Domini . Illinc profluxit doctrina providentiæ , & ſublimium rerum re-
,, velatio . Cum autem prophetia jam græcis eſſet tradita , tractatio de dogmati-
,, bus ſuſcepta eſt a Philoſophis &c. lib. 5. p. 650. En fons ſapientiæ barbarorum , & prophetiæ , hoc eſt ab Angelis iis malis , ſeu deſertoribus , ut loquitur Tertullianus , qui *aſtrologos* , *aruſpices* , *augures* , *magos* crearunt Apolog. cap. 35. Omnia igitur portenta per malas artes nata eſſe a pravis angelis amore captis mulierum , exiſtimatum eſt , a prophetia Henoch , & a verſione etiam 70. inter-

ſi miſceat res omnes, atque perturbet, eſt tamen certum, & exploratum uni Judæorum olim, mox chriſtianæ pietati ſolum, nempe numquam ſuperſtitioni, ſemper vero religioni prophetiam conceſſiſſe, non ſecus, atque Juſtinus, & reliqui omnes PP. SS. fecerunt; quod demum Chriſtianis quibuſque cautum erit credere, tutiſſimumque.

terpretum, qui non *filios Dei* verterunt, ſed *Angelos Dei*, quod excellentia quadam, ſic homines de ſtirpe Seth, & Henos appellaverint. Verum mihi omnino ſit veriſimile, id vel maxime a Platonis manaſſe philoſophia, & ab Dæmone Socratis, de quo Plato Theag. pag. 93., & apolog. Socrat. p. 30. Proptereaque enumeratur Socrates ab Clemente lib. 1. p. 399., alias 144. inter divinos. Unde lib. 5. Stromat. Sic loquitur „ Idem (Plato) quos ex Scriptura habemus
„ (Matth. 18. 10.) *parvulorum*, ac minimorum *Angelos*, *qui Deum* ipſum *vi-*
„ *deant*, & diligentem illam, vigilemque curam, quæ a præſidibus, ac tute-
„ laribus angelis in nos derivatur, aperiens, ita ſcribere non dubitat. *Ubi au-*
„ *tem*, inquit, *ſuum quæque vitæ genus*, *prout cuique ſors obtigerat*, *animæ om-*
„ *nes delegerint*, *tum eaſdem Lacheſim convenire: hanc unam cum ſingulis*, *quem*
„ *ipſimet Dæmonem optaverint*, *eum vitæ cuſtodem futurum emittere*, *cujus etiam ope-*
„ *ra*, *quæ ſtatuerint omnia*, *perficiantur*. Quod ipſum fortaſſe attributum x. So-
„ crati Dæmonium innuebat pag. 701. alias 253.

Ceterum libro primo Stromat. non valde poſt memorata hæc addit „ *Latro* au-
„ tem, & *Fur* dicitur *Diabolus*, qui Prophetis pſeudo-prophetas admiſcuit, tam-
„ quam frumento Zizania. *Omnes* ergo *qui fuerunt ante Dominum fures*, *& la-*
„ *trones:* non abſolute autem omnes homines, ſed omnes pſeudo-prophetæ, &
„ omnes, quin non proprie ab ipſo miſſi ſunt. Habuerunt autem pſeudo-prophetæ
„ quoque furtum, quod prophetæ dicerentur: cum prophetæ quidem eſſent, ſed
„ ejus, qui eſt mendax. Dicit enim Dominus (Joann. 8. 44.): *Vos ex patre*
„ *veſtro Diabolo eſtis*, *& deſideria patris veſtri vultis facere*. *Ille homicida erat ab*
„ *initio*, *& in veritate non ſtetit*, *quoniam non eſt in ipſo veritas*. *Cum locutus fue-*
„ *rit falſum*, *ex propriis loquitur*, *quoniam mendax eſt*, *& pater ejus*. In falſis
„ autem vera quoque aliqua dicebant pſeudo-prophetæ. Et ii revera prophetabant
„ in *Ecſtaſi*, ut *Apoſtatæ* ejus, qui defecerat, miniſtri. Pag. 368., & 369.,
„ alias 134. En Sibyllam, Hydaſpem, ceteroſque attonitos, eſtaticos, fanaticos prophetas clariſſime indicatos.

F I N I S.

Digitized by Google

Digitized by Google

HISTORIÆ ECCLESIASTICÆ

S P E C I M E N

P. M. FRANCISCI M. LEONI ORDIN. M. C.

V E R O N E N S I S

E T

IN GYMNASIO PATAVINO PUBLICI

THEOLOGIÆ ET ECCLESIASTICÆ HISTORIÆ

P R O F E S S O R I S.

Digitized by Google

Digitized by Google

JOANNI BAPTISTÆ CONTARENO
SENATORI AMPLISSIMO.

F. Franciscus M. Leoni F.

P*Ræclare ab antiquis* , quicquid terra cœlis , reddere ſua illis , non propria largiri , *ut intelligamus* , *inquit Polibius* , *Viris ſummis* , *atque principibus nihil impertiri* , *nihil nos dare poſſe* , *quod* (*ſi minus humile ſit* , *&* *indigum*) *non ſibi vindicent æquo jure* . *Quod in hac tibi offerenda Oratione* , *Senator ampliſſime* , *ſentio me facere procul dubio* . *Tu nam-*

Digitized by Google

namque auctor animum induxiſti meum ad ſubeundum ſecundum onus, tu mihi procurator honoris tanti vires meas, ingenium, labores, ſtudia, quæcumque ea ſint, predicaſti, atque ita predicaſti, ut pro æſtimatione, pro meritis, pro eloquentia, qua polles maxima, & judicio agendarum rerum graviſſimo, viceris. Ergo ſume tua tibi, minuſque digna quæ fortaſſe videbuntur igniculis virtutum tuis, ſumendo clara facito & digna. Quid enim in ore, in manibus, apud te quid, quod exiſtimatione publica, obſervantia, obſequio non proſequantur boni omnes? Bene ominata igitur elucubratio prodibit, quæ te auſpice, quæ tua prodibit. Vale, ac ſuperi ſalvum te, & incolumem quam diutiſſime ſervent.

Digitized by Google

PRO ECCLESIASTICA HISTORIA
O R A T I O
PUBLICO IN GYMNASIO PATAVINO
H A B I T A
A B P. M. F. M. L E O N I M. C.
C V M

Ad eam profitendam conjunctam cum Theologia juſſu Triumvirum rei litterariæ ampliſſimorum Accederet,

Notis dein auctoris ejuſdem illuſtrata.

QUod antiqui ſapientes de publicis rebus dicere conſueverant: Civitatem paullatim tabeſcentem, ut caſus impediatur extremus, ad priſca, & ſolemnia inſtituta, eaque non aliena quidem ſed ſua revocandam eſſe (*a*); quibus, refectis quaſi viribus, in honorem primum, ornamentumque remigret: id, opinor, de diſciplinis noſtris, & artibus eſſe quoque dicendum, quæ, ut natura fert rei, ſeneſcere perſæpe ſolent, & interire. Quod ſane infortunium cuipiam ſcientiarum veterum accerbe ſi accidit: quotus quiſque eſt, qui non teneat Theologiæ noſtræ contigiſſe vel maxime? Hæc ſiquidem dum cum ëccleſiaſtica hiſtoria ſenſim inceſſit, & una, non tamquam Anus delira, ſed veluti nobilis Matrona, & gravis habita eſt; dum autem ſociam, at quid ſociam dico? dum matrem deſeruit ſuam in ſquallore, & luctu miſerrime dies conſumpſit (*b*). Neque ſine Theologia profuit Eccleſiaſtica hiſtoria, quæ ab fine ſuo quam longiſſime

 aber-

(*a*) Animadverſ. in Roman. hiſt. Florent. apud Giunt. ſerm. ital. ſcriptas. Necnon apud Xenophont. tum in Civ. hiſt. tum Grec.
(*b*) Adamus Tribechovius de ſchol. Theolog. Melch. Can. in præph. Loc. Theolog. Alexand. Burgos de neceſs. eloquent. ad Theolog. Romæ. *Optandum itaque vi-*
deba-

aberrans nec ſcopulos idololatriæ ſuperavit, nec catholici nominis agmina hoſtium pervicit: quæ tamen divina ſcientia adjuta chriſtianæ Eccleſiæ firmamentum, lumenque clariſſimum gloriæ ſemper a majoribus predicata eſt. (*a*)

Ex quibus arbitror, veſtrum unumquemque intelligere, Triumviros, quibus a Veneto Senatu res litteria commiſſa eſt, ac Gymnaſii propterea hujus moderatores ampliſſimos recte, & præclare juſſiſſe, ut ſtudioſæ juventuti homo divinarum rerum peritus, nempe Theologus, religionis hiſtoriam traderet, ubi intelligitis, alteram ſine altera vix conſiſtere poſſe diſciplinam, aut ne vix quidem (*b*).

Quod itaque hæc avulſa inter ſe conjungenda eſſe voluerint, pro ſua prudentia fecerunt: quod a me vero copulata hæc exegerint, pro eorum gratia. Niſi memoria potius, ut ego exiſtimo Viri ſapientiſſimi *Patris Magiſtri Alexandri Burgos* familiæ noſtræ Theologi, dein Epiſcopi Catanenſis, qui

debatur, ſic de univerſa Theologia ſcriberet aliquis, ut eodem in opere haberent ſtudioſi, quid ſubtiliter proponerent, & reponerent in ſubſelliis, quid ad populum ſacra verba facientes de qualibet veritate theologica ex fœcundo SS. PP. promptuario proclamarent in Exedris, quibus denique hiſtoriæ Eccleſiaſticæ cupidum in amico conſortio uberrime reficerent, & recrearent. Paullo enim antea ſcripſerat, non defuiſſe Viros pietate, ac doctrina conſpicuos palam vociferantes, *recentiores ſcriptores arentem, & macilentam propoſuiſſe Theologiam*. Fraſſen. Scot. Academ. Tom. 1. Præph.

(*a*) „ Jam vero ad convincendos hæreticos, nihil, meo quidem judicio, efficacius eſt, atque potentius quam hoc genus ſcriptionis. Quippe hominum animi „ diſputationibus, ac ratiocinando ægre ſe vinci, patiuntur. Et quoties conſtrictos „ ſe vident, nec habent, quod reſpondeant, non tam veritati id adſcribunt, quam „ adverſariorum in diſputando ſubtilitati, ac verſutiæ. Certe diuturno experimento comprobatum eſt ſeu ſcriptis, ſeu viva voce editis diſputationibus accendi potius hæreticorum animos, quam ſanari. Hiſtoria vero rerum Eccleſiaſticarum, „ cum ſe in animos legentium placidius inſinuet, longe faciliorem de iis victoriam „ refert Henric. Valeſ. Epiſt. ad Cler. Gallican. in Eccleſ. hiſt. Eſabeij. Cæſarienſ. Hinc recentiores Theologi ex utraque diſciplina theol. nempe & hiſt. curriculos ſuos conflare mox ſolent.

(*b*) Fleury in præf. Hiſt. Eccleſiaſt. poſtquam rependit univerſa monſtra Idololatriæ, incertaque tempora oſtendit fabularum, incertaque teſtimonia, nec non certam Muhamedis ætatem, ſed nihil in ejus factis mirabile, & non humanum, non ſtrigoſum, non viribus noſtris, & humanis lacertis impar, eo orationem perducit, ut Chriſtianam religionem rata Doctorum tempora habere, perennemque doctrinam ac mirabilia, & facta & dogmata, perſuadeat, ut Theologi ab hiſtoria Eccleſiæ diſcant placita, quibuſque nituntur, momenta rationum diſcant, ac capitale illud inprimis, quod inviolatam, intaminatamque abhinc mille & ſeptingentis annis ad noſtra tempora doctrinam traduxerit. Quando autem hiſce mirabilibus dictis, factiſque refertiſſima eſt Eccleſiaſtica hiſtoria, requirere, lectorem theologum, non ut ſumma capita quaſi articulatim delibet, ſed ut profunda reſerat in antiquis auctoribus, ad quos mittendus eſt, utpote ad fontes, unde ſacra ſummaque ſapientia fluit,

qui ex hoc eodem loco geſta, & elucubrationes virorum illuſtrium Eccleſiæ elegantiſſime, erudiciſſimeque narravit (*a*): niſi illos pia inquam memoria hominis clariſſimi permoverit ad nos honore tanto cumulandos, quibus etiam poſcentibus certe ſperandum non erat, futurum nempe, ut Viri auctoritate graves, atque conſilio confeſtim & univerſo capite annuerent. Atqui quacumque de cauſſa id egerint, illud non conjicio, ſed clare video, & gratias illis reddendas ingentes eſſe, qui de me tam præclare ſenſerunt, & ſuſtinendum non pro virili tantum, ſed pro judicio onus impoſitum eſſe; ac cognoſco præterea, ſi munus demandatum non ſine quadam impleo approbatione bonorum, ſatis a me officium quoque perſolutum eſſe gratiarum: ſin minus compleo, officioſa verba pœnes imperitos inire quidem gratiam poſſe, pœnes vero peritos non poſſe. Quare, ut hac in exercitatione prima preſtemus utrumque, dabimus Operam ut appareat, altera alteri ſi deſit, utramque diſciplinam corruere: neutram vero ſtare, conſtanter poſſe, niſi altera alterius mutuo ſubſidio fulciatur.

Si nihil diceremus aliud, niſi chriſtianam hiſtoriam eſſe narrationem non fictam, non fucatam, non ſimulatam, ſed ſolidam, ſed expreſſam, ſed veram dictorum inprimis Chriſti, atque factorum, prætereaque eorum hominum, qui Eccleſiam aut augere, & amplificare auctoritate, dignitate, ſapientia, ſanctitate ſtuduerunt, aut minuere, & evertere poteſtate, ſplendore, erroribus, impietate (*b*): ſacram vero Theologiam rerum ſcientiam eſſe divinarum,

fluit, ſine qua illi nec conſiſtere poſſunt, nec ſtare diu, dubitare quis poterit?

(*a*) P. M. Alexand. Burgos Siculus. Ejus extant typis edita Oratio de neceſſitate eloquentiæ ad Theologiam: Romæ habita in ædibus ſapientiæ. Oratio cum primum Patavii acceſſit ad docendam primam philoſophiam, habita in pub. Gymnaſ. Patavino. Et ratio quædam ſtudiorum, ſeu indiculus ſacrorum, & Eccleſiaſticor. Auctor. Opuſculum poſthumum.

(*b*) Ut enim certum eſt, hiſtor. eccleſiaſt. ab Capite Chriſto exordium ſumere, cujus ne minima quidem omittenda ſunt, quod exemplo, documentoque ſint omnia, deinde Virorum illuſtrium aut ſplendore, & auctoritate, ut Reges, Imperatores &c. qui ſoverunt, aut qui turbarunt, de quibus Lactantius libro de morte perſecutorum, qui utinam integer ad nos perveniſſet, quem autem habemus eleganter illuſtravit Balutius; aut ſapientia, unde Hieronym. & poſt hunc Phot. Gennad.

quas religio adverſus irriſores, calumniatores, invidos credendas, colendaſque proponit (*a*): quis continuo non perciperet, tanta iſthæc cognatione, tantaque neceſſitudine apta eſſe inter ſe, atque conjuncta, ut aptius, ac conjunctius nihil dici poſſit, aut æſtimari? Quid ni ita eſt? Quemadmodum enim illa Chriſti Domini minima quoque omnino per ſe præclara, atque divina rimatur, ac diſcipulorum ejus geſta narrat, & documenta refert, nec non Martyrum, & hominum ſanctorum memorabilia tradit; deinde vero Pontificum, & Epiſcoporum ſucceſſiones percurrit, ſcitaque profert; nec prætermittit tempora Conciliorum, & acta perquirere, ac Doctorum, & ſapientum diſputationes, artiumque ſtudia indagare, demum cauſſas propagationis exquiſiti cultus, & veræ pietatis exponere: ſic Theologia promit dogmata ab ſcaturigine prima, eaque, ut multiplici, certaque ratione confirmet, habet argumentorum tuta loca, & conſtitutas ſedes, in Apoſtolis nempe, Martyribus, ſanctiſque viris, atque in Magiſtris, & ſapientibus, tandem in ipſa pietatis, & religionis ampliatione, tamquam in rivis ex fonte ipſo deductis, quibus obruit ſchiſmaticos, conterit hæreticos, prophanoſque proſternit. Nitantur ergo una, atque contendant, oportet, quando ſtadium ita percurrere volunt, ut vincant: non vincent certe, ſi diſociatæ laborent (*b*).

Et

nad. Belarm. Xiſtus Senenſ. Poſſevin. Mabillon. Dupinius, Cave aliique ferme ætate noſtra quamplurimi, quos omittimus brevitatis gratia, qui de ſcriptoribus Eccleſiaſt. integras bibliothecas confecerunt; aut opinionibus pravis, & erroribus, de quibus Irenæus, Epiph., Philaſtrius, Auguſtinus de hæreſibus, aut ſanctitate, quorum geſta Bollandiſtæ ſummo labore collegerunt; aut impietate, quos commemorant & non paucos laudati PP. ubi de hæreticis agunt, & ubi de Viris SS., ut enim illud certum eſt: ſic extra dubium poſitum eſt, iſthæc omnia rimari hiſtoriam Eccleſiæ, atque tractare: quemadmodum videre eſt in præfat. Tillemont. Rationar. tempor. Petavii, hiſt. Eccleſiaſt. Dupinii, ſed inprimis Annal. Baronii Tom. 1. nec non cenſoris ejus Antonii Pagii Tom. itidem 1. &c.

(*a*) Sanct. Joann. Damaſcen. vulgo Theolog., nec non S. Anſelm. Tom. 1. Niſi enim ad ſanctam Chriſti doctrinam tuendam valeat Theologia, & inficiatores hæreticos arcendos, quorſum valeat, quorſumque inſtituta, cum Paulus Apoſt. velit, chriſtianum doctorem paratum eſſe in doctrina ſana erudire, & eos qui contradicunt arguere? Vide etiam Greg. Nazianz. vulgo Theologum, & S. Cyrill. Hieroſolym. cath. prima.

(*b*) Nos non ii ſumus, qui cum Tribbechovio ſcholaſticam Theologiam, quam vulgo ſpeculativam dicunt, damnemus, ſed ii, qui exiſtimamus, conjungendam eſſe

cum

Et ſane quænam hiſtoria ea eſt, quæ indiſcriminatim momenta colligit rerum veterum, quæ nullo adhibito examine relata ab antiquis multa confidentia refert, quæ hominum facta nulla caſtigat trutina, nullaque illuſtrat obſervatione? Neceſſe eſt, ſi quidem memoria rerum antiquarum quaſi in genus triplex tributa eſt chronicon videlicet, annales, hiſtoriam, haudquaquam uniuſmodi eſſe omnem, nec eodem plane modo tractandam. Chronicon certe exhibet res geſtas natura potius, quam inſtituto, ut ſimplicis ſcriptoris pectus videas: annales porro peracta tradunt ſervato ordine locorum, & temporum, ut eruditi auctoris ſtudium pernoſcas: hiſtoria vero tum ordine locorum, & temporum, tum rei diſtributione æquabili memorabilia narrat, atque inſignia quæ maxime ſunt, prudenti illuſtrat obſervatione, ut facile ſcripſiſſe ſapientem, ac retuliſſe cognoſcas (*a*). Ob quam rem hiſtoria a veteribus non modo vetuſtatis nuncia; ſed præſentis quoque vitæ Magiſtra dicta eſt (*b*). Quod ſi tam multa, tam magna, tam mira petuntur

cum hiſtoria, unde coaleſcit dogmatica, quæ ad opus una valet. Cæterum errores Adami Tribbechovii jam pridem confutarunt contra Melanctonem viri graviſſimi Alphonſus de Caſtro, aliique.

(*a*) Multa Gherad. Voſſius de hiſtoria, aliique nonnulli; neminem tamen, quod ſciam, ſic memoriam rerum priſcarum diſtinxiſſe, puto. At ſi, quid ferat uniuſcujuſque operis natura, perpendas, diſcrimen non abhorrere a veritate judicabis; nec ab uſu comuni, conſuetudineque ſcribendi. Nam quamquam nonnulli hiſtorias appellaverint, quæ minus proprie nomen tantum ſibi adſciſcere videntur, aut per errorem, id fuiſſe factum, credendum eſt, aut per arrogantiam. Quis enim diſciplinæ hujus peritus hiſtoriam vocabit illam Socratis, illam Sozomeni, illam Nicephori Calliſti Xanthopuli filii, quam ex Euſebio, hic, Socrate, Sozomeno, ipſis, ſed præterea Theodoreto, Evagrio veluti compendio tranſcripſit, cæteraque hujuſmodi? quas novo vocabulo potius chronicas dicerem, quo nomine non ſeriem quandam factorum ad illuſtrandam chronologiam, ut veteres, præſertim vero auctor chronicon Alexandrini, proprie dixere, ſed improprie quoſcumque priſcarum rerum commentarios, quibus ſcriptoris potius ſimplicitas, & negligentia quædam ſine fuco, & calamiſtris, quam ars, & ſtudium appareat, appellitarem; qua ſignificatione vox *chronicon* accipienda eſt in Oratione. Sic modeſte quidam annales nuncuparunt libros ſuos, quos hiſtoriam jure dicere omnino quiviſſent, ſed ſortaſſe perterriti magnitudine rei, & pondere non tantum auſi ſunt, ut Tacitus mihi feciſſe viſus eſt, de quo vide Trajan. Boccalin. in eund. Annales porro, moneo, ab utroque genere diſtinquas, h. è ab hiſtoria, & chronica, quales, ſi recte conſulas, centuriatorum hiſtoriæ, ſeu ſi maris rapſodiæ, vocandi non ſunt, nec ipſi ita appellare ſunt auſi. De hac re, plura ſi vis, vide Cauſab. Ar nad. Anton. Pag. Critic. in annal. ipſius Cæſar. Baronii Cardinal. ampliſſim., & Cave de ſcript. &c.

(*b*) Sic Tull. vocat hiſt. generatim Orat. Sed longe præſtat Eccleſiaſt. in qua venanda ſunt a Theologis dogmata ad mentem, moreſque inſtruendos. Canoniſtæ vero in-

tur ab hiſtoria prophana , quid amabo vos ab Eccleſiaſtica, ptorſuſque divina ? An non ea eſt , quæ priſcorum mores ponit ob oculos , quæ antiquæ diſciplinæ præſcripta memorat , quæ recte ſentiendi , recteque vivendi leges ſuppeditat , & optima exempla tradit ? Quis autem adeo valens , adeo robuſtus eſt , ut ſine præſidio Theologiæ detegere illa valeat , & a ruderibus antiquitatis eruere , qui valeat , inquam , tradere ea petite , tutiſſimeque docere?

Præter quam quod opportet, hiſtoriam mentem, ut ajunt, publicam interpretari, hoc eſt, rationes, quæ moverunt homines ad ſic deliberandum, perquirere, ac gubernationi , & procurationi rerum utrum deliberata congruant , ſpeculari , conſiliumque humanum , ut dicitur , aurificis ſtatera perpendere : quod in Eccleſiaſtica hiſtoria , deſpeteam profecto , ſi quiſpiam preſtare poterit præter Theologum , cujus eſt , divina conſulta , quæ ſcrutari poſſumus , quaſi ſpiculis perſcrutati (*a*) . Hinc PP. SS. volumina ſententiis refertiſſi-

ro inveſtigare debent non canones modo , ſed Pontificum decreta ad univerſam diſciplinam detegendam , ac divina , humanaque jura , de quibus Tommaſin. in lib. de diſciplina Eccleſiæ . Hinc Centuriatores viri ceteroquin non bonæ fidei epiſt. dedicat. „ Commemorat enim hæc hiſtoria , quid de articulis fidei fuerit traditum , aut „ receptum ..... quæ Diabolus per ſua organa hæreticorum interſpergere conatus „ ſit , qui ritus in uſu fuerint &c. & paullo poſt „ Manifeſtum eſt , pergunt , ſa„ croſancto antiquitatis titulo plurimos quaſi faſcinari , ut citra omnem attentionem , „ rectumque judicium quantumvis tetris erroribus applaudant &c. Hinc Floremun. „ Ræmun. Hiſtor. memorab. „ Sed & illud notat , ſcio , inquit , quod ea , quæ „ Univerſalem tangit Eccleſiam , quæque ejus deſcribit amplitudinem , quæ miran„ da ejus laudat facinora , quæ decantat inſignes ejus victorias longe omni prophanæ „ hiſtoriæ præſtet , magiſque optabilis videatur &c. Auct. Edit. primæ ad Lect. Ca„ thol. , & Acatholic.

(*a*) „ Videbunt hic omnes veritatem fidelitati , & utrique doctrinam tam dex„ tre , intimeque permixtam , ut in quamcumque minutulam partem benignos ſuos „ oculos conjecerint , tres eas proprietates ſua in perfectione poſſint recognoſcere ; „ non minus quam Fuſores illi , qui auri , argenti , æriſque maſſas aliquas comi„ ſcentes curant , ut ſe partes invicem pervadant intime , bene uniant , & æqua„ liter exornent , ita ut metalla hæc ſub minima etiam portione , juſta ſeſe pro„ portione mixta , deprehendant . Item in præphat. Floremun. Ræmun.

Certe cum memoria ſectarum , & hæreſum hominum vitioſorum Eccleſiam matrem deſerentium vel maxime ad Eccleſiaſticam hiſtoriam pertineat , immo geſta cætera Eccleſiarum , Doctorum , Pontificum hujus adminicula quædam videantur , quis niſi ſana imbutus & ſacra doctrina recenſere poterit omnia , quæ ab hac memoria petuntur: recenſuere autem Theologi graviſſimi olim , mox etiam ſatis divinæ ſcientiæ periti *Irenæus* , pſeudo *Tertullianus* , *Philaſtrius* , pſeudo *Hieronymus* , *Epiphanius* , *Auguſtinus* , Auctor *Prædeſtinati* , *Gennadius Maſſilienſis* , *Theodoretus* , *Leontius Bizantinus* , *Iſidorus Hiſpalenſis* , *Anaſtaſius* , *Sophronius* , *Timotheus Presbyter* , *Da-*

tiſſima, & factis egregiis eorum hominum, qui temporibus Apoſtolicis multis virtutibus floruere. Hinc placita religionis ſanctiſſimæ non tam rationibus, quam monumentis vetuſtiſſimis, ſimulque certiſſimis comprobata. Hinc Hiſtorici illi antiqui ita divinarum rerum periti, ut, ſi quid judices, utra in diſciplina excelluerint, non judices. Ecquid aliud voluit in utraque oratione Juſtinus Martyr, quid in apologetico Tertullianus, niſi a ratione vivendi hominum chriſtianorum, novæ religionis inſtituta oſtendere, eaque a calumniis, & injuriis prophanorum vindicare (*a*)? Mitto Ori-

Damaſcenus, *Paullinus Aquilejenſis*, ſeu potius *Alcuinus*, *Rabanus Maurus*, *Euthymius Zigabenus*, *Joannes Zonara*, *Honorius Auguſtudunenſis*, *Conſtantinus Harmenopulus*, *Nicetas Aurruinatus*, *Matthæus Blaſtus*, *Guido de Perpiniano*, *Alphonſus de Caſtro &c.* Vlde Thom. Iſtigium Lipſienſ. de *Hæreſiarcis*, *ævi Apoſtolici*, *& apoſtolico proximi*.

(*a*) Juſtinus M. Samaritanus ſed græcis parentibus natus, & idolorum cultoribus ivit per multas philoſophorum hæreſes, diu tamen ſiſtit in Platonis ſchola, donec ad Chriſti ſequendam doctrinam converſus eſt. Scripſit Apologiam pro chriſtianis priorem circa annum Chriſti CXXXX. ut ferunt, quamquam per errorem emanuenſium multis in codicibus legatur CL. poſteriorem non diu poſt, ſed eo intervallo dialogum cum Tryphone exaravit, eaque omnia poſt exactum Adriani Imperium, quidquid innuat Epiphanius hæreſi 46., Gullielmo Cave ſi credimus articulo de Gnoſticorum ſæculo, qui tamen non obſervavit Antonin. Pium in epiſt. ad populos Aſiæ apud Euſeb. lib. 4. hiſt. eccleſ. c. 13. apud Niceph. lib. 1. c. 28. ita inſcribi. Imperator, Cæſar, Titus Ælius Adrianus Antoninus, Auguſtus, Pius &c. ac potuit Epiph. eundem Antoninum nomine vocare Adriani, quemadmodum a non nemine nomine Titi vocatus eſt. Ubi enim PP. excuſari poſſunt, an non ita de nobis meriti ſunt, ut debeant excuſari? Vide præterea epiſt. ejuſdem ad *Zenam*, & *Serenum*, quam Bellarminus in dubium vocat nullam rationem afferens dubitandi, admittunt tamen complures &c.

Tertullianus videtur Carthaginenſis, Romani juris excultus chriſtianam religionem amplexus eſt circa annum CLXXXV., ferunt ſcripſiſſe apologeticum anno CLXXXXVI.: dum Scapula peſſime vexavit chriſtianos, qui fuit in Affrica Proconſul: qui in tempus hoc Tertulliani opus rejiciunt, ii elucubratum illud prædicant anno poſt Chriſtum N. CCXVII. Vide Cave ſæculo Gnoſt., II. ſæcul. cui ann. CCII. perſecutione Severi ſcriptum videtur. At de Severi decreto Ulpian. lib. 1. F. de Offic. Præfect. Urb. §. 14. tit. 12. &c. Sic autem Tertull. c. 38.

„ Proinde nec paullo lenius inter licitas factiones ſectam iſtam deputari oporte-
„ bat, a qua nihil tale comittitur, quale de illicitis factionibus timeri ſolet. Niſi
„ fallor enim, prohibendarum factionum cauſſa, de providentia conſtat, ac publica
„ modeſtia, ne civitas in partes ſcinderetur, quæ res facile comitia, concilia, cu-
„ rias, conciones, ſpectacula etiam æmulis ſtudiorum compulſationibus inquietaret,
„ cum jam & in quæſtu habere cœpiſſent venalem, & mercenariam homines vio-
„ lentiæ ſuæ operam. At enim nobis ab omni gloriæ, & dignitatis ardore fri-
„ gentibus nulla eſt neceſſitas cœtus, nec ulla magis res aliena, quam publi-
„ ca &c.

Inſcribit autem hoc opus *Apologeticus adverſus gentes*, illudque inter opera a Tertulliano ſcripta poſt lapſum Cave recenſet, qui tamen dubius eſt, quo anno examverit *apologeticum* Tertullianus, nec ſuum deceat *tantas componere lites*, ut ipſe ait

loc.

Digitized by Google

Origenem, Athenagoram, Arnobium, Lactantium, Minutium Felicem, Tatianum, & aſſertores cæteros, qui contra Celſum, Porphirium, Hieroclem & alios nonnullos (*a*) ſtilum pro veritatis defenſione accuerunt, quorum labores multo

loc. laud., nec quicquam ex eo, quod Montani hæreſim putiſcat, critici excerpſerint, quod Pamelius, aliique ſtatim poſuere, & enumerarunt poſt librum de Pallio. Hoc opus comendat Lactant. lib. 5. inſtitut. c. 4., & B. Hieronym. epiſt. ad Magnum. Aug. D. C. D. lib. 7., aliique permulti.

(*a*) Origenes Quinta Eccleſiæ perſecutione Alexandriæ patrem Leonidam ob religionem chriſtianam confoſſum habuit. Scripſit pœne innumera prophanarum, & ſanctarum diſciplinarum peritiſſimus; ſed multi eidem tribuuntur errores. Vide Euſeb. lib. 6., Epiph. hæreſ. 64., Hieronym., Cave ſec. Novat. & in prolegom. in oper. Origen. Daniel. Huet. multa deperdita ſunt, extant nonnulla. Libri contra Celſum conſcripti feruntur anno CLXI., habenturque a vitio immunes & errore quocumque. Quod autem obſervatu dignum mihi videtur inprimis, illud eſt, quod invenio ſcriptum apud Dupinium, Alexandrinam cathedram aſcendiſſe Origenem, cum ad ætatem perveniſſet annorum XVIII., quod confirmat & Cave. At ſi ſacrarum litterarum eruditus eſt a Patre, qui ſæviente perſecutione martyrio coronatus eſt, ſique poſt Patris mortem audivit Clementem Alexandr., poſtremo celebrem Ammonium, ac tempore perſecutionis, cum plerique omnes Eccleſiam deſeruerunt, Alexand. Clementi ſuffectus eſt, non video, etiam interpoſita auctoritate Euſeb., quomodo hæc conciliari poſſint. Præterea ſi anno CCII. ſæviit immanitas Severi Imperat., ordinatus autem eſt anno CCXXVIII. cum jam annos ageret XLIII., ac ſedata calamitate docuit publico Origenes, quomodo annum agens XVIII. Clementi ſuffectus eſt?

Athenagoras Philoſophus Athenienſis dicitur in Alexandrina Eccleſia publico docuiſſe apud Cl. Dodvvellum, qui Doctorum Eccleſiæ illius ita cathalogum ſcribit, ut Cave notat ſæcul. Gnoſtic. voce Athenagoras: *Athenagoras*, *Clemens Alexandrinus*, *Pantænus*, *Origenes*, *Heraclas*, *Dionyſius*, *Pierius*, *Theognoſtus*, *Serapion*, *Petrus Martyr*, *Macarius*, *Polsticus*, *Didymus*, *Rhodon*, quæ nomina Dodvvellus ex codice Barocciano habuit, quoddam fragmento notata, excerpto a Nicephoro Caliſto, ut videtur. Verum quanti fieri fragmentum hoc debeat non video: tum quod teſte Hieronymo alexandrina ſchola cœpit ab Evangeliſta Marco catal. c. 36., cui certe non eſt ſuffectus Athenagoras: tum quod nulla Athenagoræ commemoratio nec apud Euſeb. eſt nec Hieronym. Accedit, Origenem ſuffectum fuiſſe Clementi Alexandrino, teſtari omnes plerique, non autem Pantæno. Quin cum Miſſus legatus fuerit ad M. Aurelium Antoninum, & Q. Aurelium Commodum, ad quos Orationem habuit pro Chriſtianis, cum jam ſcholam haberet Alexandriæ, non video, Clementem Alexandrinum ſucceſſorem habere potuiſſe, quem ipſe Cave cum Baronio auditorem facit Pantæni, ſucceſſoremque, dum Pantænus iter ad Indos ſuſcepit. Cæterum id eſt nota dignum, Apologiam Athenagoræ ſcriptam ad Aurelium, & Commodum, ergo poſt annum a Chriſto 177., quo tempore Pantænus obibat Alexandriæ docendi munus, & Clemens ſuam *ad Gentes cohortationem* meditabatur. Vide Clement. Alexand. Op. Tom. 1. *illuſtr. per Joann. Rotterum*.

Arnobius Affer dicitur claruiſſe anno CCCIII., & adverſus Idololatras conſcripſit lib. VII., quos carpit Hieronymus epiſt. ad Paulin. tamquam minus comptos, & non æquabili ſtylo conſtantes. Cave judicium Hieron. nimis rigidum vocat ſæcul. Arian., aitque ſatis eloquentem, florentiſſimamque eſſe Orationem Arnobii, idque legenti attente liquidum eſſe poſſe. Sed cui legenti ſodes? Cave ſcilicet, quoniam Hieronymo non item. Profecto aſiatico ſtylo, minuſque latinis formis, qui ad trutinam revocabit, negabit nemo.

L. C. Lactantius Firmianus dicitur a Cave floruiſſe anno CCCIII., quem tamen ſci-

to majores ſunt, ut ſatis a nobis & digne comendari poſſint, quique tamen hiſtoriæ floſculis tam eleganter libros ornarunt ſuos, ut ameniſſimi campi omnium genere frugum locupletati videantur. Porro ornatus hic nec ſequenti Eccleſiæ ætate dilapſus occidit.

Nam quibus armis putatis vos Ignatium Martyrem, & Irenæum Epiſcopum Lugdunenſem Simonianos, Nicolaitas, Cerinthianos, Gnoſticos, Ebionitas, Valentinianos adhortos eſſe, ac catholicæ molitionis fundamenta præclare jacta, firmiterque ſtatuta ab ingruenti igne, & flamma liberaviſſe? Pro-

B fe-

ſcimus, ipſo de ſe fatente, Criſpum Conſtantini filium inſtituiſſe. Verum de hoc commentariis in ejus opus, quos edituri ſumus jam ab hinc annos ſeptem paratos ſtudio omni, & diligencia, ſatis multa.

M. Minutius Felix Romanus, vel Afer, ut ferunt, iſque Cauſidicus Cipriano antiquior videtur, ſed Lactantio procul dubio fuit, dialogum cui titulum fecit Octavium erudite elucubravit, qui ab veteribus pro octavo Arnobii libro diu habitus eſt, in quo mira eruditione momenta priſca Idololatrarum convellit. Multa & de hoc auctore laud. commentar. in Lactant.

Tatianum poſt Juſtinum M. apologiſtarum R. C. antiquiorem omnium fuiſſe, conſtat, quem tamen laudavimus poſtremo loco ſectati potius labores auctorum & ſtudia, quam tempora. Is librum adverſus Gentes elucubravit non tamen defecatum errore omni, qui in illo ſcripſit, animas humanas natura mortales eſſe. Scripſit imperante M. Aurelio Antonino, multaque compoſuit opuſcula, de quibus apud Hieronym. de Scriptor. Eccleſiaſt. cap. 29. Multa in eum jecer. errata Origen., & Clem. Alexandr.

Celſus Philoſophus Epicureus, imbutus etiam inſtitutis ſcholæ platonicæ, inque ea inclinatus Cave ſi credimus. Verum duo Celſi fuerunt teſte Orig. lib. 1. in Celſ. alter imperante Nerone, Adriano alter floruit, contra hunc videtur ſtylum acuere Origenem, quamquam dubius aliquando ſit de adverſario ſuo. Fortaſſe ille Celſus eſt, de quo nonnulla Lucianus, & cujus gratia hiſtoriam Alexandri hominis ſceleroſi conſcripſit. Certe Celſus eſt, qui chriſtianis inſenſus habuit confutatorem Origenem.

Porphirius dicitur iniiſſe chriſtiana elementa, dein rurſus ad lutulentam idololatriæ venam remeaſſe apud Nicephor., fortaſſe quod Aug. d. C. D. lib. 10. cap. 28. ſcribit ab humilitate Chriſti reſiliiſſe, quod ſane interpretari poſſumus, quod doctrinam abdicaverit de ſchola ſuſcipienda, non de ſuſcepta religione. Verum cum appareat ille adeo peritus chriſtianarum rerum, ut videatur introſpexiſſe arcana diſciplinæ, quæ tamen iis temporibus cœlare conſueverunt noſtri mira diligentia, & cuſtodia, mihi ſit veriſimile, quod narrat Nicephor. Floruiſſe videtur circa Orig. tempora, mireque ſcriptis ſuis vexavit Eccleſiam.

Hierocles Philoſophus habetur duorum librorum contra Chriſtianos auctor, ſuaſorque perſecutionis diocletianæ, quæ fortaſſe Lactantium moverunt ad opus ſuum elegantiſſimum conſcribendum, nam videtur cum illo Nicomediæ fuiſſe congreſſum, qua de re inſtit. lib. 5. cap. 2., quem nominat deinde lib. de morte perſecutorum Eccleſiæ c. 16. Hic primus fortaſſe Chriſtum cum Apollonio Tyanæo comparavit in poſtrema operis ſui parte, quam refellendam ſuſcepit Euſeb. lib. contr. Hieroclem, quamquam Philoſtrati potius ibi de Apollonii factis hiſtoriam percurrit, ut optime animadvertit Cave ſæculo Ariano. Extant libri Hieroclis editi ab Pearſonio Lond. 1654. in 8.

Digitized by Google

fecto armis ab unanimi conſenſione Epiſcoporum petitis, ab Pontificum Romanorum perenni, & inviolata ſucceſſione, ab novitate erroris, & vetuſtate dogmatum chriſtianorum, a monumentis, a memorabilibus, ab ipſa demum eccleſiaſtica hiſtoria (*a*). Prætereo Theophilum, non illum quidem chrono-

(*a*) Ignatius M. vitam Apoſtolica ætate vixit teſte Chryſoſtomo homil. in S. Ignat. ſuffectus dein Evodio in Antiochena ſede. Plura ſcripſit, quæ ad nos pervenere corrupta, pauca ſi demamus. Hæc tamen fere cuncta conati ſunt multi repræhendere, defendere etiam multi, de quibus Cave ſæculo Gnoſt., ſed copioſius Uſſerius, Pearſonius, Armachanus &c. quod autem obſervamus, illud eſt, adeo magni feciſſe Ignatium apoſtolicas traditiones eidemque ſic uſuveniſſe, ut perperam nonnulli ei tribuerint *didaſcaliam* veterem quandam, quæ certe non eſt Ignatii, ſed propterea diu a multis hujus fuiſſe auctoris, creditum eſt.

Irenæus Epiſc. Lugdun. omnium primus ſcripſit adverſus hæreſes ſingulas ad ſuam ætatem, ac ſolitus ſemper ad traditiones confugere maximus præco habetur Romanæ Eccleſiæ. De ejus ſtylo, ſcientia, ratione agendi cum hæreticis plura tribus illis epiſtolis, quas in ejus opere editas voluimus; ſcripſimus vero adverſus Chriſtophorum Pfaffium in defenſionem Viri nobiliſſimi, ac celeberrimi concivis noſtri Marchionis Scipionis Maffei, quem honoris cauſſa nominamus, ac facimus tanti, quanti Vir in eruditione maximus fieri poteſt.

Simoniani ita dicti a Simone Mago, qui vixit tempore Apoſtolorum, & conflictaſſe Romæ dicitur cum Apoſtolo Petro die Sabbathi poſtquam Princeps Apoſtolorum, ut victoriam comprecarentur ſibi chriſtiani, indixerat jejunium, unde ritum jejunandi Sabbatho derivaſſe, putant Auguſt. epiſt. 86., & Caſſiod. collect. 3. c. 10. Ejus hiſtoria notiſſima eſt, nec illam repetere hic neceſſarium. Quod attinet ad ſectarios Simonis, temporibus ſuis nullos Simonianos extitiſſe, cenſet Origen. l. 5. cont. Celſ. Nihilominus auctor lib. de baptiſ. contra Cyprianum ad eam ætatem perveniſſe Simonianos teſtatur. Certum id unum eſt, Simonem fuiſſe olim hoſtem chriſtiani nominis, ſectatoreſque habuiſſe, & tamen ſi moroſi noſtrorum temporum critici rem in medium vocaſſent, ſuiſque regulis metiti eſſent, dubitare poſſemus, fuiſſe Simonem quondam, & ſcholam aperuiſſe. Nam ejus dubia Patria eſt, Epiphan. lib. 1. Natal. Alexand. Tom. 3. Baptizatus dicitur a Philippo Diacono apud Chryſoſt. hom. 18., a Philippo Apoſtolo apud Ruffin. Niceph. Cedren., dubius hac de re Auguſt. tract. 6. in Joan. Omnium primus habetur hæreticus apud Epiphan. Philaſtr. Auguſtin. Non item apud Clement. Alexand. qui hæreſes cœpiſſe ſub Adriani tempora ſcribit lib. 7. ſtromat., ac Simonem poſt Marcionem enumerat, ut perpendenti diligenter hiſtoriam veterem ſuſpicio in animo cadere poſſit, Doſitheum non illum vetuſtiſſimum, unde Doſitheani ante Chriſtum natum inter Judæos fortaſſe ſchiſmatici, ſed poſt Chriſtum ante Simonem erraviſſe, non ſecus ac Simon poſtea. Dubium itidem cum Petro certamen, dubitante S. Auguſt. in epiſt. ad Caſulanum. Dein, quod acta pſeudo-Clem. id ter in Aſia eveniſſe affirment, ceteri auctores Romæ, ſed an Claudio imperante, an Nerone, verti in dubium poteſt. Euſeb. lib. 11. cap. 14. Theodoret. hiſt. lib. 1. cap. 1., Simonem a Petro provocatum, ait, contra a Simone Petrum pænes conſtitutiones pſeudo-apoſtolicas, Hegeſippus apud Euſeb. lib. 3. id ortum refert, quod Simon puerum mortuum revocare ad vitam non potuerit, Petrus potuerit, quod, etiam Sveton. in Neron. c. 2., ex noſtris autem id præter Hegeſippum retuliſſe alterum, non invenio: ac propter præclarum facinus Petri, Simonem eum vocaviſſe ſtatuto die, ut ſublimis abiret, atque ex miraculo rei gentes, cui potius credendum, & adherendum, agnoſcerent. Dubium quoque ubi convenerint apud Maximum T. nec non Arnob. Clem. Euſeb. Cum autem curru igneo in altum elevaretur Simon præcibus Principis Apoſtolorum preceps cecidit fractis pedibus, ac latere non ſine magno ejulatu, non ita Cedrenus, qui ſilet de late-

nographum, ſed Epiſcopum antiochenum, qui contra Marcionem luculentiſſime ſcripſit, Patres Antiochenos, qui Paulum Samoſatenum redarguerunt, Cyprianum M., Neocæſarienſem Gregorium, & hoſtem ſtrenuiſſimum Montaniſtarum, atque Novatianorum Pacianum Barcenonenſem (*a*). Præ-

tere, fractiſque, ait, manibus, pedibuſque in Verſ. Bovii: Nicetas porro in caput collapſum, ait, ac cerebro viam diſperſiſſe Theſaur. lib. 4. c. 1. apud Damaſcen. legitur, totus fractus corpore, debilitatiſque cruribus parallelor. lib. 1. c. 56. Tandem acta latina Marcelli nomine publicata a Florentinio 1668. Lucæ habent in quatuor partes fractus. Quæ ſane notare voluimus, ut moroſi animadvertant, critica præſcripta non eſſe ſine examine amplectenda, & in rebus antiquis caute agendum, quia certum eſt, Simonem fuiſſe, contra Petrum diſputaviſſe, ac victum pænas dediſſe impudicæ impudentiæ ſuæ

Nicolaitæ ab Nicolao ſic dicti, quem unum ex ſeptem diaconis fuiſſe, teſtantur Irenæus lib. 1. c. 27., Auctor de præſcription. apud Tertullian. c. 46. Caſſian. collat. 18., Hieronym. epiſt. 48., Niſſen. Orat. 10.: Tillemontius citat etiam Gregor. M., ſed is in laud. loc. nihil habet de Nicolao, bene vero Epiph. hæreſ. 25., Philaſtr. &c. Porro Auguſt. dubitat de hæreſib., negant Ignat. M., Clemens Alexand., Euſeb., Theodoret. aliique laudati a Photio p. 903. c. 232. num. 9. Conciliari autem poſſunt, quod hi ſcripſerint pro veritate rei, illi juxta Nicolaitarum vanitatem, qui ſibi blandiebantur ab Diacono Nicolao deſcendiſſe, eſt tamen in hiſce excipiend. auctor de præſcriptionib.

Cerinthiani qui a Cerintho vocabulum habuerunt. Hic videtur primus hæreticus ex Judæis, nam Simon, & ſi qui alii Samaritani ferme omnes, auctor fertur diviſionis inter Chriſtum, & Jeſum, hunc Mariæ & Joſephi Filium, illum Deum prædicans, qui rurſus venturus regnabit ad mille annos, atque Moſaicam legem iterum indicet; & in eo regno pro una uxore centum largietur &c., in quibus diſcriminandum eſt regnum mille annorum Cerinthi, ab regno quod admiſerunt millenarii PP.

Gnoſtici dicti ſunt non a Magiſtro quodam, ſed Cerinthi ſectatores doctiſſimi qui habebantur, quique ſucceſſione temporum amplexi ſunt errores aliorum hæreticorum.

Ebionitæ, ut Bullus de Trinit. notavit idiotæ, & rudiores Cerinthiani vocati ſunt: at diſcriminabantur etiam opinione. Nam illi Chriſtum diſcriminabant ab Jeſu: hi miſcebant, & J. C. Filium Mariæ, & Joſeph, ac purum hominem, dicebant.

Valentiniani ab Valentino, qui vixit anno CXX. videntur omnium errorum Simonis, Nicolai, Cerinthi patrocinium ſuſcepiſſe. [illegible] dividebant in gradus propemodum infinitos, in quorum ſingulis diſtribuebant, & collocabant divinas dotes, quas perſonabant mira, multiplicique ratione, indeque natæ res efficientes alias, quæ modi erant, affectioneſque ſubſtantiæ unius; Fato etiam omnia fieri affirmabant, perditis propterea moribus, & vita turpi, ac ſceleroſa. Plura apud P. Maſſuet. in opera Sancti Irenæi V. E.

(*a*) Theophilus Antiochenus non eſt confundendus cum Chronographo Theophilo, ut perperam fecit P. Joannes Fellus Oxonienſis, nec cum Theophilacto, aut Theophilo cui S. Lucas Apoſtolica acta, & evangelium inſcripſit, ut peſſime fecit Gulielmus Archiepiſc. Tyri ſæculi XII. ſcriptor. ſedit hic ſextus in antiochena exedra; multaque eleganter ſcripſit, quæ perierunt. Inter hæc autem librum contra Marcionem, de quo Hieronym. de ſcriptor. Eccleſiaſt. cap. 2., & alterum contra Hermogenem. Illum autem extare putavit Joh. Conr. Danhavverus Criſteid. act. 1. referente Cave ſæcul. Gnoſt., ſed neminem, quod ſciam, illum vidit: ſatis tamen adverſus utramque hæreſim ex Tertulliano, aliiſque.

Marcio Ponticus ſub Aniceto R. P. debachatus eſt, Pearſonio ſi credimus relato in

Digitized by Google

tereo Athanaſium Arianæ hæreſis everſorem , Baſilium Macedonianæ , Neſtorianæ Cyrillum , Euthychianæ Theodoretum , Luciferiani erroris Hieronymum , Donatiani ſchiſma-

comment. Clement. Alexand. Stromat. lib. 7. p. 898. Edit. Oxonienſ. , ubi locum emendat ejuſdem Clementis, quo aſſerit , cum Baſylide hunc tamquam ſenem cum juvene converſaſſe , & ubi Simoni hunc anteponere videtur . Dodvvellus vero ſub Pio R. P. hujus hæreſim graſſaſſe credit diſſert. 3. in Irenæum . Thomas vero Ittigius ſub Imperat. Antonino Pio, quamquam natam antea, fuiſſe diſuſam, aſſerit append. ad diſſert. de hæreſib. : errores Impj hominis plane iidem cum erroribus Cerdonis, quem Magiſtrum habuit, præterea Baſylidis, Carpocratis, Simonis Magi , quibus Manichæi , ac Fauſtus præcipue uſus eſt pro ſuis . Auctor præfat. Arabae ad Conc. Nicen. refert, Marcionitas Magiſtrum ſuum conſuevuiſſe principem apoſtolorum vocare, acta apoſtolica ſpuria , & ficta habuiſſe quædam , quæ librum *propoſiti finis* appellabant , alios itidem a noſtris Davidis pſalmos , de evangelio vero , quod ait Cave, commentitio, nihil hoc loci relatum invenio. Invenio quidem credidiſſe Marcionitas, Filium divinum ſubditum, ſubjectumque fuiſſe divino Patri apud Ambroſ. lib. de fide 5. c. 13. Quod autem eſt obſervatione digniſſimum illud eſt , Marcionitas proditores habitos diſciplinæ illius , quam arcani appellant , qua vetitum erat myſteria prophanis pandere , quod neque Skeleſtratus obſervavit , & tamen liquet ex Tertull. de præſcriptionib. c. 14. Epiph. hæreſ. 42. Nam tametſi Tertull. haud proprio vocabulo Marcion. eo loci nuncupat, ſcimus tamen, & ibi agere contra Marcion. , & id exprobatum fuiſſe illis etiam ab Hieronym. in epiſt. ad Galat. V. Mr. l' Abbè de Moiſſy la Methode de PP. Auctor comment. in epiſt. Paulli apud Ambroſ. ait, ætate ſua Marcionitas defeciſſe 1. ad Timoth. 4.

PP. Antiocheni ii habentur , qui auctores habentur illius celebratiſſimæ epiſtolæ ad Paullum Samoſatenum ſcriptæ , in qua religionem in Chriſtum ab Apoſtolis acceptam exponunt , variiſque confirmant veteribus teſtimoniis , ac Samoſateni jacula retundunt, de qua epiſt. tom. 1. in collectan. Conc. Baronius autem illam adſcribit PP. 2. Conc. Antioch. habiti anno CCLXV. Cave Conc. 3. Antioch. Ego vero , ſi in re dubia licet conjicere, neutri crederem , ſed intervallo quod interceſſit inter Conc. utrumque ſcriptam a nonnullis fuiſſe Epiſcopis , dein in 3. Conc. Antioch. confirmatam habito anno CCLXX. Suſpicionis præbet occaſio ſubſcriptio Epiſcoporum , quod ſubſcripti ſex dumtaxat legantur. V. F. Turrianum &c.

Paullus Samoſatenus creatus Antiochenæ ſedis Epiſcopus anno CCLX. argutus in 2. Synodo Antiochena erroris , & impietatis in Chriſtum , & SS. Trinitatem, nequitia, & calliditate ingenii in re ſcholaſtica ſui haud damnatus a periculo evaſit: ſed ſcribentes ad eum ſex Epiſcopi , ſuadenteſque ut ſubſcriberet epiſtolæ in qua Chriſtum non purum putumque hominem e terra natum , ſed e cœlo ſimul ac terra, proindeque hominem ſimul & Deum eſſe , & in qua ſubſtantiam unam in Patre extantem Filioque aſſertum erat , cum renuiſſet , contendens Chriſtum non extitiſſe antequam ex Maria naſceretur , & in divinis unam ab altera ſubſtantiam eſſe, ac tres proinde, quarum princeps una, derivatæ duæ perinde, atque humanis in rebus, damnatus eſt 3. Antiochena Synodo . Multi præterea errores eidem a veteribus tributi ſunt , præſertim vero judaizaſſe , de quibus V. Epiph. cum notis Petavii hæreſ. LXV. , & Philaſtrium de hæreſib. cum notis Jo: Albert. Fabricii .

Cyprianus M. ſcripſit adverſus Judæos , ſed etiam contra Aquarios hæreticos , qui *in Sacramentis cœleſtibus offerebant tantum aquam* , *non illud* , quod *Eccleſia catholica , & apoſtolica facere conſuevit* ita Philaſtr. hær. LXXVII. de Aquariis , contra quos laudat. M. epiſt. 63. ad Concilium . Multa præterea ſcripſit indubia , ſed dubia multa , inter quæ epiſtolæ de rebaptizandis hæreticis contra Stephani R. P. decretum enumerandæ ſunt Raimundo Meſſorio familiæ noſtræ Viro deſertiſſimo ſi credimus. In duas celeber. epiſt. 11. Firmil. & Cyprian. &c. Venet. 1733. Contra Joannes Xaralea familiæ ejuſdem Theol. Bononiæ 1741. Superiorem ſententiam refellit.

Gre-

matis , Pelagianæ hæreſis , Manicheæ impietatis Auguſtinum (*a*). Prætereo Maximum depulſorem Monothelitarum,

. Gregorius Neocæſarienſis vulgo etiam Thaumaturgus , & paſſim Theodotus interfuit Conc. Antioch. in quo Samoſatenus damnatus eſt Origenis diſcipulus fuit . Eidem adſcribitur *Brevis expoſitio fidei* quæ extat Grec. Lat. , & quam in archivio Eccleſ. Neocæſarienſ. ætate ſua extitiſſe Niſſenus aſſerit . Scripſiſſe itidem conſtat contra eorum tempor. hæret. ſed pleraque omnia periere .

Pacianus Barcenonenſis , vel Barcelonenſis Epiſcopus claruit anno 364. vixitque ad ſenectutem extremam , ac valde Hieronymo familiariter uſus eſt . Edita a Manutio extant ejus opera omnia Romæ . Præcipua vero habentur , quæ contra Novatianos ſcripſit tribus epiſtolis comprehenſa , quas Hieronym. de ſcriptorib. c. 106. vocat librum contra Novatianos V. Biblioth. PP. Tom. III.

Montaniſtæ ſic a Montanto dicti , qui circa annum CLXXII. ex Euſebii Chronicon ad ann. 172. vixit . In eo autem capitalis error videtur , quod de ſe miſſionem a Deo principem prædicaret , ac quemadmodum Chriſtus Verbum erat conjunctum cum homine , ita ſe Spiritum S. itidem cum homine copulatum eſſe jactabat , proindeque natura ſortitum prophetiæ donum , non gratia : gratia vero ab ſe in Priſcillam , & Maximillam translatum . Indeque caſtimonia vitæ , & morum ſevera diſciplina , ut ſecundas nuptias damnaret , nec ad crimina omnia Eccleſiæ clavium virtutem extenderet , poteſtatemque ; Unde novatianæ hæreſeos fundamenta jeciſſe dicuntur . Dicti etiam ſunt Phryges , & Cataphryges a regione in qua orta , ac plerumque verſati ſunt , nec non Pepuziani ab Pepuza oppido Phrygiæ , quod habebant , ut Chriſtus Hieruſalem Vid. Ittig. Loc. laud. Cave ; & Prædeſtinat. Sirmondi c. 26. Donatiſtæ etiam aliquando Montani , & Montaniſtæ dicti ſunt . Vid. Philaſtr. cum notis Fabricii . Inſuper F. Ittigii hiſt. ſchimat. Donatiſtar. Tom. IX. Op. Auguſt. , & Optat. Tertullian. acceſſit ad hanc ſectam poſtquam dogmata noſtra ſtrenue propugnaverat . Sic auctor actor. Perpetuæ , & Felicit. &c.

Novatiani duos habuerunt ſectæ Magiſtros , & auctores Novatus , & Novatianus , hic Romanæ Presbyter Eccleſiæ , alter Carthaginenſis : ut narrat Beveregius in not. ad Canon. VIII. Nicænum . Hujus ſectæ , quæ viguit potiſſimum ſæculo Eccleſiæ III. , capitaliora errata fuiſſe videntur , pro iis ſceleribus , quibus ab Eccleſia conſtituta fuerat pœnitentia publica , nullam abſolvendi , dimittendique penes Eccleſiam poteſtatem eſſe . Potiſſimum vero tria commemorabant publicum adulterium , internecionem ſui , & publicum ab religione defectum : quamquam non deſint , qui genus extendant . Verum hac de re V. Morinum de Pœnit. Tillemont in Not. Novatianor. & Turnely pariter de pœnit.

(*a*) Arius Ammonii filius gente Lybius , patria Alexandrin. ex Phot. apud Cave cœpit hæreſim ſuam prædicare anno CCCXV. Cave id paullo poſt contigiſſe exiſtimat , h. e non multum ante Concilium Nicenum ex Luciani Antiocheni ſchola prodiiſſe , cœpiſſeque docere , *non ſemper fuiſſe filium , neque enim erat priuſquam fieret , nec ex Patre eſſe , ſed ex non entibus emerſiſſe : neque Patris ſubſtantiam ſibi propriam habuiſſe , creatura enim , & factura fuit : ideoque nec verum Deum eſſe Chriſtum , ſed participatione Deum factum* Athanaſ. Orat. adverſus Arian. p. 141. Diu hæc hæreſis inter gregales noſtros graſſata , ut tempore pſeudo Concilii Ariminenſis ferme univerſus orbis captus admiratione fuerit , ſemet Arianum noviſſe , ut ſcribit Hieronymus , donec in parte ſciſſa , extincta eſt . Nam qui errata Arii ſectati amuſſim ſunt , ii Ariani puri ſunt appellati , qui vero ſibi ab vocabulis , *non conſubſtantiale , nec coæternum Verbum Patri* , temperarunt , ex variis auctoribus varie vocati ſunt . Sic Anomæi ab vocabulo *diſſimilitudinis* , Aætiani , Eunomiani ab Aætio , & Eunomio coriphæis , Semiariani vero , quorum Princeps multis viſus eſt Baſilius Anciranus , quod non conſubſtantiale , ſed plane conſimile dicerent , ludentes in vocibus *omeuſion* , & *omojuſion* Verbum Patri . Vide ſupra laudat. omnes . Placuit tandem Accacio nec *omeuſion* , nec *omojuſion* illud nuncupare , & credere , ſed dumtaxat *omojon* ,

Digitized by Google

rum, Joannem Damaſcenum Iconomachorum, alioſque permultos, qui procul dubbio in erroribus redarguendis, quamquam

omojon, id eſt ſimile effigie, quaſique extima ſpecie. De quo Differt. nuper edit. Venet. de Accacio, quæ eſt Bernardi de Rubeis Viri egregii Dominicanæ familiæ.

Athanaſius fidei propugnator accerrimus, & compreſſor peſtis Arianæ Alexandrinus, Orator floridus, elegans ſimul ac ſplendidus, & clarus ex Phot. Biblioth. cod. 32., dicitur vita functus a Socrate A. C. CCCLXXI., h. e Epiſcopatus ſui anno XLVI. lib. 4. c. 20. A Baronio vero anno ſequenti ad annum CCCLXXII. Proterius menſe Martio anni CCCLXXIII. eundem inter vivos enumerat in ea epiſtola, quæ eſt ad Leonem R. P. relata in Can. Paſch. cap. 2. edit. a Buchero Com. in Victor. apud Cave ſæculo Ariano. Epiſcopus ſuffragio populi ſactus Alexandrinus, cum Arium robuſtiſſimis viribus impeteret, Arianos ter exulavit a ſede, primo ſub Conſtantino, dein ſub Conſtantio, poſtremo ſub Juliano, tandem revocatus moritur in ſede ſua. Plurima ſcripſit, quæ enumerant. ſuſe a Cave. Adſcribitur ei quoque Symbolum Orthodoxum, quod in Eccleſia paſſim legitur; ſed Critici permulti eidem non eſſe adſcribendum illud putant. Mirum autem, quod Cave ait, neminem ante Theodulphum Aurelianenſem, qui floruit ſæculo Eccleſiæ VIII. hujus ſymboli feciſſe mentionem, cum Greg. Nazianz. late illud commemoret, & comendet in Orat. de laudib. Athanaſii.

Macedonius obtrectator divinitatis S. Spiritus, quem Patris, Filiique miniſtrum finxit, damnatus eſt in Concilio Conſtantinopolitano V. Socratem lib. 5. c. 7. & 8. Theodor. lib. 5. hiſt. Eccleſiaſt., Sozomen. lib. 8., Nazianz. in carmin. de V. S. & in Orat. ad 150. PP. Baron. ad Annum 381. S. Philaſtrius hujus hæreſim non memorat, quæ tamen hoc nomine damnata eſt; ſed errorem eumdem videtur refundere in Eunomium. Verum cavendum eſt, ne utramque conſundamus. Nam fortaſſe ſectarios Eunomius nullos habuit niſi Aætios, habuit Macedonius longe plurimos. Dein ſoli Macedoniani vocati ſunt pneumathomachi paſſim, præſertim a Baſilio M. loco mox laudando, & Greg. Nazianz. orat. in S. Pentecoſt. Poſtremo quod Macedoniani S. Sancti divinam æqualemque Patri, ac Filio naturam inficiati ſunt, Filii non ſunt, Eunomiani vero naturam inficias ire utriuſque ſtuduerunt. Hinc Nazianzenus de Eunomianis, *Deum quidem filium eſſe fatentur .... ſed æquivoce Deum dici, ac nominis ſolius participem eſſe contendunt* Orat. 3. de Theolog.; quod nimirum acceptum a Magiſtro Aætio de impura trium perſonarum natura divinarum propugnavit Eunomius.

Baſilius Magnus hic Cæſareæ Cappadocum Epiſcopus, qui claruit anno CCCLXX. everſor Eunomianæ hæreſeos iis V. libris, qui *adverſus Eunomium* inſcripti ſunt, ſed etiam peſtiferi ſyntagmatis Macedoniani, ad quod convellendum ſcripſit librum integrum elegantiſſimum ad Amphilochium, de quo miror dubitaviſſe multos perperam, ſed omnium principem Eraſmum, quando nec doctrina, nec ſtylo, nec auctoritate antiquorum differt ab cæteris M. B. elucubrationibus conſentientibus in re hac Græcis, Latiniſque veteris Eccleſiæ doctoribus, quemadmodum egregie Iſ. Cauſabonus oſtendit exercit. 16. c. 43. Hic namque conſodit Macedonium Baſilius, quem omnium primum hoſce hæreticos adhortum fuiſſe ſcimus, eoſque appellaviſſe pneumathomachos πνευματόμαχοι. Vid. Orat. Nazianz. in funere B. M., & ſcholia Nicetæ, & Nonnii Monachi. Colon. 1570.

Neſtorius Epiſcopus Antiochenus creatus anno CCCCXXVIII., vixit poſt annos duos cum Anaſtaſius in concione pronunciaſſet (erat enim Anaſtaſius Presbyter Eccleſiæ Antiochenæ) *neminem Mariam vocare poſſe Deiparam, quod ea homo fuerit, nec ex homine naſci Deum poſſe*. Neſtorius cœpit presbyteri ſui defendere errorem, ac proinde miſerrimo cecidit ibi caſu, in errata multa veluti in ſcopulos impingens. Nam nec copulatas in Chriſto humanam, divinamque naturam aſſeruit hipoſtaſi ὑποστάσει, ſed dumtaxat habitudine unitas, nec duplicem naturam illam unica perſona affectam, eaque divina, ſed unamquamque ſua, nec Mariam tethocon θεοτόκον,

ſed

Digitized by Google

quam momentorum ſedes percurrerint ſingulas, in ea tamen, quæ Eccleſiarum documenta complectitur, ita figere pedem con-

ſed tantummodo χριστοτόκον chriſtothocon, h. e Matrem Dei nominandam eſſe, ſed Chriſti. Damnatus demum in Concilio Epheſino, & de ſede ejectus errabundus mortuus eſt poſt annum CCCCXXXIX., Socrati ſi credimus lib. 7. cap. 34. Paſſim creditur anno CCCCXXXVI.

Cyrillus Alexandrinæ præſul Eccleſiæ Biſunthinus habetur, auctorque duodecim eorum capitum, quæ anathematiſmata in Neſtorium vocantur, quæ ab Alexandrina Synodo ſin minus confecta, certe approbata ſunt. Apud Cave ſæcul. Neſtoriano legitur, Cyrillum anno CCCCXIX. primum per litteras monuiſſe Neſtorium. At puto mendum in enumeratione irrepſiſſe, cum antequam ordinaretur Epiſcopus nulla de hæreſi ſuſpicio Neſtorii fuerit. Accuſatur a Theodoreto unam in Chriſto aſtruxiſse naturam, ſed facile defenditur, quod vocem phyſeos φύσεων pro voce hypoſtaſeos ὑποστάσεων uſurpaverit ſæpe, quodque extremam opinionem Neſtorii impugnans fere in extremum, eamque contradicentem viſus ſit declinare. V. Natal. Alex. Tom. 5. H. E., Cave &c.

Eutyches vero vere in extremam, & contradicentem Neſtorio opinationem ſalſam æque, & hæreticam declinavit, qui anno CCCCXLVIII. docuit, ante quam Chriſtus eſset, duas fuiſse naturas humanam, divinamque, at poſt unionem in Chriſto duarum permixtione, & confuſione quadam ita effectam fuiſſe unam, ut minime diſcerni altera, ab altera poſſit. Hinc Chriſtum æqualem Patri, ſed non homini conſubſtantialem carnem habuiſſe, quamquam æqualem traxerit a Maria, quod conjuncta cum divinitate, ita in Deum converſa ſit, ut genus omne tranſcenderit. Contra quem errorem videtur Scotus eam diſputationem induxiſſe, quæ eſt de toto reapse a partibus diſtincto, qua uſus eſt ad Euthychis convellendum errorem. Sed plura ſi vis conſule Theolog., laudatoſque ſupra.

Theodoretus Cyri Epiſcopus libros XXVII. adverſus Euthychen exaravit, quorum argumenta extant apud Photium codice 46. Vocatur etiam a nonnullis Theodoritus, cui ſi parcas odium in Cyrillum natum fortaſſe ex ſuſpicione non ſanæ doctrinæ, nihil erit, quod in viro tanto deſiderare poſſis. Deceſſiſſe dicitur anno CCCCLV., quamquam non deſint qui longiorem ei vitam concedant.

Lucifer Caleritanus auctor Schiſmatis illius cenſetur, quo lapſos, ad proprios gradus, ſi reſipiſcant, revocari non poſſe, decretum eſt, contra decretum Synodi Alexandrini, quæ reſipiſcentes lapſos in ſuis ſedibus repoſuit. Neque enim aliud quicquam ei exprobat Hieronymus, quamquam reverſum in Sardiniam novam excogitaſſe doctrinam Theodoretus ſcribat; Scilicet cum creaſſet Paulinum Epiſcopum Antiochenum vivente adhuc Meletio Antiocheno Epiſcopo, ſed a Valente in exilium miſſo, cumque revocatus hic a Gratiano iterum ſediſset, Lucifer diviſit ſe ab Eccleſia, & ſchiſma fecit. Baron. putat jure ab Lucifero Paulinum ſuffectum in Antiochena ſede, quod apoſtolicam legationem gereret. Contra ſentit Natal. Alexand. Tom. IV.

Hieronymus Doctor Eccleſiæ Maximus, de quo ſatis hic agere nec locus eſt, nec tempus erroris Luciferiani confutator fuit copioſus, & elegans.

Donatus ſive ille a Caſis Nigris, qui minime videtur Epiſcopus fuiſse, ſive Carthaginenſis nomen ſchiſmati Donatiano dedit, quod jam antea cœperat, & Majorini dicebantur, coacto Romæ concilio A. C. CCCXIII. damnata parte factionis multo magis graſsari cœpit, ut etiam propter hoc Arelatenſe Conc. habitum fuerit, quod plenarium non vult Launojus, vult Ittigius, apud quem plura Hiſtor. Schiſmat. Donatiſtar.

Pelajus, & Cœleſtius everſores divinæ gratiæ, & arbitrii liberi defenſores acerrimi, notiſſimi in ſcholis Theologorum de quibus duco ſupervacaneum quicquam dicere.

Manes, Fauſtus &c. antiquiſſimi ab Zoroaſtro repetiti erroris de duobus principiis fautores, qui error utinam deletus eſset omnino

Augu-

conſueverunt, ac ſi maxima tempeſtate delati ad ſcopulum, ſaxumque firmiſſimum adhereſcerent (*a*).

Quum

Auguſtinus everſor omnium hæreſum ad ſuam ætatem, qui plurima contra Pelagianos, multa contra Donatiſtas, & innumera contra Manichæos lucubravit, cui ſectæ fuerat a iuventute addictus. Verum ex novo teſtamento, cujus auctorem Deum bonum faciebant, eos ad vetus admittendum cogit, in quo ſcaturigo apparet malorum, ſed recentiſſimi N. & V. negantes non poſſunt niſi humana ratione urgeri, quod lumine naturæ cum originale peccatum non innoteſcat, difficilius compelluntur in dumeta. Non parum tamen ſuffragii nobis ſuppeditat Auguſtinus, ut videre eſt in Theodicæa Leibnitii, & apud Bernardum.

(*a*) Monotelitæ dicti ſunt, qui unam in Chriſto voluntatem aſtruxerunt, non duplicem, cujus falſæ opinationis, & ſectæ videtur Sergius Præſul Biſunthinus fuiſſe coriphæus. Baron. ann. 608. num. 5. Id putavit quiſpiam, ſtudio partium principio Sergium inveniſſe, ut nempe Appolinariſtas negantes in Chriſto animam, quod loco illius divina ipſa Verbi natura ſufficiens eſſet ad munera omnia exercenda mentis humanæ, Neſtorianos ſolam unionem habitudinis inter utramque naturam in Chriſto ponentes, quem ut ex natura duplici, ita ex duplici perſona coaleſcentem volebant, & Euthichianos utramque confundentes naturam, ut una, eaque divina extare in Chriſto conciliaret S. Thom. 3. p. q. 18. art. 1. Damnatus fuit error ſexta Synodo generali, cum prius Honorius R. P. ſilentium diſputantibus impoſuiſſet. Hinc propter epiſtolas Honorii ad Sergium, nomenque Honorii in actis hujus Concilii commemorati celebris illa quæſtio originem habet, quæ jam diu exercet ingenia Scholarum: utrum Honorius ad partes Monotelicas acceſſerit, de qua re ſic Anaſt. bibl. apud S. Eliam p. 2. *Si omnia exagerare volumus, quæ in excuſationem Honorii Papæ colligere poſſumus, facilius charta, quam ſermo deficiet.* At ſi recte conſulamus, & luſtremus quæ ſcripta reliquit Sophronius Damaſcenus, potiſſimum vero epiſtolam Encydicam, quæ extat Concilior. Tom. VI., & tractationem de Incarnatione unius ex Trinitate, quæ laudatur apud Lab. nov. biblioth. m. ſ., & extat in Biblioth. regia Pariſien., nova etiam afferemus argumenta in defenſionem Honorii R. P., & acta Conc. Later. ſub Martino

Maximus hoſtis infenſiſſimus Monothelitarum, & depulſor, variis calamitatibus ob monothelitarum inſidias actus eſt. Martyr quoque a noſtris habetur, quod ei dextera, & lingua abſciſſæ fuerint, quamquam non a carnifice revera necatus, ſed poſt triennium in ſuo exilio deceſſerit. Archimandryta non Epiſcopus habendus eſt. Multa ſcripſit, quorum pleraque in Monothelitas, quæ edidit F. Combeſiſ. G. L. II. Volum. Paris 1675., in quibus plurima ad Maximum ſpectantia depræhenduntur, quæ afferre cuncta non eſt iuſtituti. Circumfertur autem inprimis dialog. contra Pyrrhum, ex quo defenſio Honorii I. R. P. perſpicua eſt.

Iconomachi, Iconoclaſtæ, vel Eiconoclaſtæ, ut placet Cave everſores Iconarum, quæ in Eccleſiis exponuntur, quæque reciproco ritu venerantur a multis, cœpiſſe opinantur ab Fauſto Manichæo, qui Deum ſub imagine coli non poſſe aſſeruit, apud Auguſt. lib. 20. cap. 3. contra Fauſt., alii ab Xenoja Iconomachorum duce ab aliquibus vocato, plerique ab Sereno Maſſilienſi. Vide Greg. lib. 7. epiſt. 3. Verum everſio poſt Thalmudiſtas Judæos anno IƆCLXXVI. in lucem prodito Thalmud., ſolum audita eſt. Vide epiſt. Simonis Stylitæ in actis II. Conc. Nicæn. Leo autem Iſauricus anno IƆCCXXVI. bellum Iconis indixit, ac ſævilt in cultores imaginum. Vide Menologium Græcum die ix. Auguſti. Theophilus Epiſcopus Nacoliæ opem Imperatori præbuit, donec Germanus diſtulit ab impietate, ejuſque perſuaſione rurſus effigiarum extitit cultor. V. Baron. ad ann. 727. Tunc autem Gregorius alter Leonem excomunicavit epiſt. 4. Gregor., Ubi a Leone permotæ ſunt turbæ non exiguæ in Italia, ſedatæque a Pontifice V. epiſt. Greg. ad Urſum Ducem Venetiarum. Paul. Diacon. de geſtis Longobardor. lib. vi. Anaſtaſ. Biblioth. in Gregor. II. Hinc initum ab Pontifice fœdus cum Carolo Martelo Galliarum Rege contra Leonem Iſaur. in ap-

pend.

Quum autem Theologi laudati magni, atque nobiles in Eccleſiaſticis monumentis adeo copioſe verſati ſint, adeo di-

C ligen-

pend. ad Gregor. Turonen. cap. 110. Non deſtitit ab inceptis parentis ſui ſucceſſor, & filius Conſtant. Copronimus, qui etiam cum Iconis cultum SS. reliquiarum interdixit. V. Theophanem in ann. Olim nonnullos hujus erroris ſemina jeciſſe, ſuſpicantur quidam, quod Hieronymus vitium hoc exprobrare videatur Eunomio, & Vigilantio. Vide Hieronym. contra Vigilant. Errata hæc damnata in Conc. Nicæno altero. Sunt qui hunc etiam errorem tribuunt Iconomachis quod Euchariſtiam imaginem Chriſti dixerint, ut negarent Chriſtum revera eſſe præſentem Euchariſtiæ. Qua de re V. Natal. Alex. diſſert. 6. ſæc. VIII., qui recte, ut ipſi ſolemus omnes, ſenſiſſe Eiconoclaſtas, demonſtrat, de Euchariſtia contra Dallæum.

Joannes Damaſcenus Saracenorum Caliphæ a ſecretis fuit, cum porro multas epiſtolas ſcripſiſſet in perfidiam Leonis Iſauri, & Iconomachorum ad amicos, odium in ſe vertit ejuſdem Leonis, qui confecta epiſtola quadam, ut criminis occaſionem nanciſceretur, accuſatus ad Damaſci principem, ei dexteram amputari juſſit, quæ eidem miraculo Deiparæ reſtituta eſt. Ita Joan. Hieroſolymit. in vita Damaſc. Sunt autem, qui id negant factum, quod fabulam redolere videatur. Verum ſi hæc ratio ſufficeret, jam de veteribus factis quamplurimis actum eſſet. Vide Spanhem. hiſt. Imag. Reſt. ſect. 11. num. 13. Cæterum Propugnator imaginum acerrimus fuit Joannes, qui ſecedens Hieroſolymam ordinatur Præsbyter, & anno CICCXXX. ſcribere cœpit pro catholicis contra Eiconoclaſtas, mortemque ſubiit anno CICCL. accuſator in referendis monumentis priſcorum, ceu minus diligens examinator, & credulus. V. Baron. 31. num. 73., & Cauſabon. exercit. XIII. num. 38. Multa ab eo ſcripta circumferuntur, multaque itidem ei perperam tribuuntur, de quibus Cave ſæcul. Eiconoclaſt. & Natal. Alex. ſæc. VIII.

S. Irenæus ,, Tantæ igitur oſtenſionis cum ſint hæc, non oportet adhuc apud alios
,, quærere veritatem, quam facile eſt ab Eccleſia ſumere, cum Apoſtoli quaſi in
,, depoſitorium dives, pleniſſime in eam contulerint omnia, quæ ſint veritatis; uti
,, omnis, quicumque velit, ſumit ex ea potum vitæ: hæc eſt enim vitæ introitus,
,, omnes autem reliqui fures ſunt, & latrones. Propter quod oportet devitare qui-
,, dem illos: quæ autem ſunt Eccleſiæ, cum ſumma diligentia diligere, & appræ-
,, hendere veritatis traditionem. Quid enim? Etſi quibus de aliqua modica quæ-
,, ſtione diſceptatio eſſet, non ne oporteret in antiquiſſimas recurrere Eccleſias, in
,, quibus Apoſtoli converſati ſunt, & ab eis de præſenti quæſtione ſumere, quod
,, certum, & re liquidum eſt? Quid autem ſi neque Apoſtoli quidem ſcripturas re-
,, liquiſſent nobis, non ne oportebat ordinem ſequi traditionis, quam tradiderunt
,, iis, quibus committebant Eccleſias? Cui ordinationi aſſentiunt multæ gentes bar-
,, barorum eorum, qui in Chriſtum credunt ſine charta, & attramento, ſcriptam
,, habentes per ſpiritum in cordibus ſuis ſalutem, & veterem traditionem diligenter
,, cuſtodientes &c. lib. 3. c. 4.

S. Auguſtinus libro contra Creſconium agens de hæreticorum baptiſmo ,, Quamvis
,, hujus rei certum de ſcripturis canonicis non proferatur exemplum, earumdem ta-
,, men ſcripturarum etiam in hac re a nobis tenetur veritas, cum hoc facimus,
,, quod univerſæ jam placuit Eccleſiæ, quam ipſarum ſcripturarum commendat au-
,, ctoritas: ut quoniam ſancta Scriptura fallere non poteſt, quiſquis falli metuit hu-
,, jus obſcuritate quæſtionis, eamdem Eccleſiam de illa conſulat, quam ſine ulla
,, ambiguitate ſcriptura demonſtrat cap. 33.

Innumera afferre huc poſſem, quibus conſuetudo Doctorum probatur in dubiis rebus, ſive ad interpretationem aſſequendam divinarum litterarum, ſive ad dogmata tuenda, ſive ad ritus, ceremoniaſque explicandas, quibus, inquam, doctorum conſuetudo probatur confugiendi ad documenta Eccleſiarum, quibus tota quanta eſt traditio nititur, quam coacti tandem aliquando ſunt vel inviti admittere etiam qui nuperrime ab Romana religione deſciverunt; ſed loca hæc duo inſtar omnium eſſe poſſunt,

ligenter, ut eruditionis, atque doctrinæ fontes pleniſſimi meritiſſimo jure habeantur: videntur ne vobis qui in conſcribenda hiſtoria Eccleſiæ ſe exercuerunt, imprudentes Theologiæ, ignarique fuiſſe? Mihi profecto non videntur. Nam rudis divinarum rerum ad monumenta qui ſe Eccleſiæ rimanda confert, neceſſe eſt, ita faciat intelligendo, ut plane nihil intelligat. Et re quidem vera Hegeſippus ex Judæo Chriſtianus, qui princeps dicitur *commentariorum eccleſiaſticorum* libros ſcripſiſſe, ut legere eſt in chronico Alexandrino, præter originem Eccleſiarum, & incrementa religionis, omnem eccleſiaſticam doctrinam adeo feliciter conſequutus eſt, ut noſtris hiſtoricis facem prætulerit. Utinam vero elucubrationes tanti Viri minime interiiſſent; ſane ex iiſdem comperta eſſet ſanctitas morum puriſſimæ illius ætatis, & quod caput eſt, doctrina omnis Eccleſiæ comperta ſimul, quam profecto ex neceſſitudine cum Aniceto R. P., apud quem Vir egregius primo anno Commodi Imperatoris deceſſiſſe, fertur, univerſam didiciſſe, eamque in libros ſuos tranſtuliſſe, ſimillimum vero eſt. Sed periere illi temporum incuria, nec ſuperſunt niſi fruſtula quædam pænes Euſebium, & Stephanum Gobarum in bibliotheca Photii minus ſincera fortaſſe, ac procul dubio mendoſa, ſed niſi ego fallor turpiſſime, per ſe ſatis apta ad excitandum triſte eorumdem, & inexpiabile deſiderium (*a*). At ut eo redeamus, unde paullulum

ſunt, cum de hac re neque hic agere niſi per tranſennam, ut dicitur, conceſſum ſit, neque hujus inſtituti videtur, cum rei magnitudo & moles modum noſtrum excedat. Vide Skeleſtrat. de diſciplina Arcani. Thomaſin. opuſcul. Moiſſy la Methode des Peres &c.

(*a*) Hegeſippus videtur origine Judæus fuiſſe, atque nomen poſtea Chriſto dediſſe ex Stephano Gobaro in Biblioth. Photii codic. 232. propinquus fuit Apoſtolorum ævo, ut teſtatur Hieronym. de Scriptorib. cap. 22., conſuetudinem habuit cum viris Apoſtolicis doctrina, & pietate claris ex Euſeb. lib. 2. cap. 23., cum Aniceto vero R. P. contribuli ſuo neceſſitudinem ſummam, a quibus origines Eccleſiarum didicit, diffuſionemque religionis nuperrimæ. Mortuus autem apud eumdem Anicetum imperante Commodo, ut refert Chronicon Alexandr. ad annum Commodi I. Porro L. Aurelius Annius Cejonius Commodus Verus adoptatus fuit anno C. 135. ab Adriano. Juxta autem Chronicon laudatum confirmari poſſet, quod erutum ab antiqua inſcriptione eſt Grut. pag. 23. 12., Pagi 137. eidem Commodo imperatorium nomen tributum, quod multi vertunt in dubium. Eſt tamen ſine animadverſione minime prætereundum, Anicetum ad Pontificatum perveniſſe anno vigeſimo Antonini h. e. J. C. CLVII., igitur decedente Hegeſippo ſub Aniceto, non deceſſit ſub Com-

lulum oratio deflexit , Euſebium , qui ab Hegeſippo relictum munus ſuſcepit , fuiſſe in Theologia non hoſpitem , ſed contubernalem , dubitare quis poteſt ? Euſebium autem cum dico, intelligitis , me de Euſebio Pamphili verba facere, qui hiſtoriam tradidit ab ortu Eccleſiæ ad necem Senioris Licinii , quique auctor habetur elegantiſſimorum eorum operum, quæ *de evangelica præparatione* , *& de evangelica demonſtratione* inſcripſit , ubi quantum in theologia poſſit hiſtoricus , & quantum Theologus in hiſtoria valeat , res loquitur ipſa (*a*) . Nec in divina ſcientia novi , verum enim vero docti vel inprimis ſemper habiti ſunt peritique Sozomenus , Socrates , Theodoretus , qui ab vige-

 ſimo

Commodo Euſeb. lib. 5. cap. 24. Præterea eodem Euſeb. referente lib. 4. cap. 11., & c. 22. Hegeſippum commoraſſe Romæ ad Eleutherium R. R. inſinuatum eſt , qui ſane ſub Aniceto erat Diaconus , electuſque eſt & evectus ad Pontificatum M. anno C. CLXXVII. Quod ſi de L. Aurelio Commodo M. Aurel. Collega id dictum velint; Ergo deceſſit Hegeſippus A. C. CLXII. ante Anicetum R. P. ut in chronico, ſed non vidit Eleutherium evectum ad faſtigium Eccleſiæ , ut ex Euſeb. loc. laudat. Cæterum *commentariorum Eccleſiaſticorum libri* v. Hegeſippi interiere præter fragmenta nonnulla , ut in Orat. Comentationes porro illas verſatas potiſſimum eſſe in referendis placitis , inſtitutis , geſtiſque R. E. animadvertit Tillemont. in Hegeſipp. Hiſtoriam autem de excidio Urbis Hieroſolym. perperam tributam fuiſſe Hegeſippo, probat Cave ſæcul. Ariano, ubi de Ambroſio agit Mediolanenſi. p. 169.

(*a*) Euſebius Cæſarienſis , qui ob neceſſitudinem cum Pamphilo ſummam, Pamphili, cognominari voluit, natus dicitur circa C. A. CCLXX. De eo autem Antipater Boſtrenſ. , qui Euſebio infenſe adverſatus eſt , fertur dixiſſe . *Ego vero* , *quod nullum quidem in hiſtoriis vir fuerit* , *& nihil ex veteribus ſcriptis illius latuerit notitiam* , *conſentio* , *& confiteor* . Quod cum adverſarii ſit , maximo cuipiam teſtimonio eſſe debet in laudem Euſeb. In actis Nic. 11. act. 5. ſcripſit Chronicon biſariam tributum, primo egit de Chaldæis, Aſſyriis, Medis , Perſis, Lydis, Hebræis, Ægyptiis, ſed ibi acta res haud integra ad nos pervenit : dein in compendium illa redegit , eaque tribuit in decades , ut propterea canon Chronicus nominetur . Pars utraque abſoluta ante N. C. Demonſtratione evangelica inſuper ſcripſit libros xv., in quibus vindicat chriſtianam religionem ab Philoſophorum cachinnis , & contra Idololatras pugnat , atque ſapientes . Atque Libros xx. de evangelica demonſtratione, quorum X dumtaxat ſuperſunt. Ibi autem præcipue Judæos convellit. Tandem Hiſtoriam Eccleſiaſticam , quam exorditur a primordiis Eccleſiæ ad tempora Senioris Licinii , quæ complectitur annos CCCXXIV. , quod putant ad Nicæn. Synod. perduxiſſe . Vide Anton. Pag. familiæ noſtræ lumen clariſs. Prolegom. ad diſſert. Hypat. num. 23. 24. 25., idque adverſus Valeſium præfat. de Vita , & ſcript. Euſeb. Multa præterea alia elucubravit , quæ videri poſſunt apud Cave p. 114. Accuſatur a nonnullis, quod Arianorum partes foverit. V. Pag. Crit. in Baron. Tom. I. , non tamen propterea ſequitur Arianum ſententia fuiſſe , & animo . Ab aliis quod errorum Arii patrocinium ſuſceperit , ac vere Arianus fuerit . Vid. Artem Critic. Joan. Clerici Tom. III. Vindicatur a non memine ab accuſatione hac , & nota . Vide Gulielm. Cave diſſ. 3. in calce Hiſtor. ſuæ litterar. de Scriptorib. Eccleſiaſt. Amicus Conſtantini M. certe fuit : an autem eidem baptiſma miniſtraverit jam necis ſub dentibus ipſis. Vid. Pagi, loc. laud. Fleury ſæculo iv. Tillemont. in Conſtantin. M. &c.

ſimo anno Imperii Conſtantini Magni, ubi fortaſſe deſiit Euſebius, ad Juniorem Theodoſium, & Valentinianum Eccleſiæ hiſtoriam litteris tradiderunt (*a*); itidemque eoſdem qui ſequuti ſunt Philoſtorgius, Evagrius, Nicephorus Monachus, Caſſiodorus, Victor Vitenſis Epiſcopus, Georgius Florentius, Gregorius Epiſcopus Turonenſis, Paullus Oroſius, Nicephorus Calliſtus, Venerabilis Beda (*b*), & alii complures, qui-

(*a*) Sozomenus Paleſtinus Valeſio, non Salaminus, ut Nicephoro viſus eſt, quod ab *Salamane* quodam ſibi conſanguineo, non ab Urbe Salamine agnomen nactus ſit, ſcripſit hiſtoriam Eccleſiæ annos complectentem CXV. h. e. ab anno CCCXXIV. ad annum CDXXXIX., quam Theodoſio Imperatori nuncupavit, gravis auctor, ac ſerius, qui non nemini videtur poſt, nonnulli ante Socratem ſcripſiſſe; V. Valeſ. Hiſt. Tripart. Juris non ſolum, ſed divinarum rerum peritus habitus eſt. V. Hieronym. de S. E.

Socrates exorditur hiſtoriam ſuam ab XX. anno Imperii C. M., non a primordiis, ut Cave putat, & ad annum CDXXXIX. perduxit. In illa autem multa recenſentur, tamquam in exordio, quæ diu antea acciderunt: infectum Novatiana labe, ſuſpicantur multi, fuiſſe Socratem. Verum ſi inter hæreticos Novatianos enumeratur, cur non catholicus habendus? Excuſari non poſſe potius a gravitate tum ſtyli, tum rei dicam, proinde illi eveniſſe, quod hujuſmodi hominibus contingere ſolet, videlicet illud Horat. in poet. *ſectantes lævia deficiunt nervi, animique*. Vid. Dupin. Tom. 3. p. 2. Attamen quæ theologice tractat, recte tractat. V. Valeſ. in Euſeb. præfat. &c.

Theodoretus ducit hiſtoriam ab anno CCCXXII. ad A. CDXXVII., proin relata refert ab Socrate, & Sozomeno, indeque hiſtoria hæc, edita ſimul trium auctorum, vocatur paſſim hiſtoria tripartita. De hoc Photius Cod. 31. *Omnium*, inquit, *quos proxime nominavi, convenientem magis hiſtoriæ ſtylum adhibet. Clarus enim, & grandis eſt, minimeque redundans: niſi quod translationibus interdum audacius, pæne inepte utitur* apud Cave ſæc. Neſtor. theologumena ejus ſupra a nobis laudata ſunt. Addit Dupinius neminem preter Theodoretum, fuiſſe eximium in omni ſacro, & eccleſiaſtico ſcribendi genere. Nouvelle Biblioth. loc. cit. Multa tamen ab illis relicta narrantur ab hoc, æque memorabilia. pag. 221. Hinc integram habebis a tribus.

(*b*) Philoſtorgius Capadox hiſtoriam Eccleſiaſticam ſcripſit ab Arianæ hæreſis ortu ad mortem Honorii Imperatoris h. e. ad A. C. CDXXIII. Verum non eſt hæc hiſtoria legenda ſine diligenti advertentia animi, quod multa in ea deprehendantur furfuris Arianorum, Eunomianorum, & Anomæorum. Inveniuntur tamen multa ab ſupra laudatis auctoribus aut ignorata, aut prætermiſſa. De hoc Phot. cod. 40. comptus auctor, & quaſi poeticus friget interdum. V. edition. ejus Genevæ 1643. in 4. cum prolegom. Jac. Gothofredi. Contra Porphyr. pro chriſtianis ſcripſiſſe ferunt opus deperditum, immo id ipſe de ſe profitetur l. 10. c. 10.

Evagrius Scholaſticus Epiphanes floruit A. C. DXC. ſcripſit Eccleſiaſticæ hiſtoriæ libros VI. complectentes annos circiter CLXI. h. e. ab Epheſina Synodo ad XII. vix cœptum Mauricii Imperatoris. Sic Photius de Evagrio. *Stylus huic non ingratus, tametſi interdum redundare quodammodo videatur, certe in doctrinæ veritate ceteris hiſtoricis accuratior eſt* cod. 29. Multa item ſcripſit pro Greg. Antioch. deperdita. V. Cave. Scripſit igitur ad A. C. DXCIV.

Nicephorus Copronymi Notarius Conſtantinopol., Monachus, dein Patriarcha claruit anno CICCCXI., & hiſtoriam ſcripſit a cæde Mauricii Imper. ad annum CICCLXIX. quam ex græco latinam fecit Petavius, ediditque. Pariſiis 1616. 8. Photius, obſcuraviſſe hunc anteceſſores, ait, ſed in illud Horatii impegiſſe. *Brevis eſſe laboro*,

quibus utriuſque diſciplinæ poſſeſſio , propter exantlatos in utraque labores , vindicanda eſt . Prætermitto Epiphanium , Philaſtrium , Hilarium Pictavienſem , Optatum Milevitanum , Diodorum Antiochenum, Ruffinum, Eutropium, Damaſum , ſive Anaſtaſium , & alios innumeros , tum quod omnes commemorare nec hujus inſtituti eſt , neque temporis;

ro, *obſcurus ſio*. Cod. 66. Cui ſi Epitomen Photii addas VIII. libr. Theophylacti *de geſtis a Mauricio*, habebis integram hiſtoriam . Verſi a Pontano libri ſunt , & editi 1604. 4. V. Phot. cod. LXV.

Caſſiodorus Senator tripartitam hiſtoriam in epitomen redegit , chronicon etiam ab Adamo ad Theodoricum Regem perduxit , quod Voſſius peſſundat de hiſtor. latin. lib. 2. cap. 19. , ſed quod conſulendum venit non uno in loco, & libros XII. de rebus geſtis Gothorum ſcripſit. Multa ab eo hauriri poſſunt ſpectantia ad Eccleſ. H. V. Edit. Veron. ſcripſit etiam theologica plura . Floruit Eccleſ. ſæc. VI.

Victor Epiſcopus Vitenſis ſcripſit inter alia *hiſtoriam perſecutionis Africanæ ſive Vandalicæ ſub Genſerico , & Hunnerico Vandalorum Regibus* , addiditque acta VII. Monachorum Martyrum Carpenſis diœceſis . Hoc opus ad complendam E. H. horum temporum h. e. ad annum J. C. CDLXXX. maxime neceſſarium ducitur . V. Biblioth. PP. Tom. VIII.

Georgius Florentius Gregorius Arvernus nobili genere ortus dicitur A. C. CIXLIV. & A. C. CILXXIII. Epiſcopus Turonenſis creatus , auctor habetur eorum , qui in geſtis rimandis Virorum SS. operam exereent , de quibus memorabilia multa tradidit , & mirabilia ſimul , præter annales Francorum , e quibus non exigua pars eruitur H. E. Vide Tom. XI. Biblioth. PP. ipſe de ſe fatetur in conſcribenda hiſtoria ſerpere humi apud Dupin. Bibl. T. IV. Defenſor Theodori Epiſcopi Maſſilienſis , & propugnator dogmatis de reſurrectione mortuorum in diſciplinis Sacris fuit V. Hilduin. Abb. epiſt. ad Ludovic. Imper.

Paullus Oroſius Præsbyter Tarraconenſis, gente vero Hiſpanus floruit A. C. CCCCXVI. ſcripſit hiſtoriam adverſus Paganos libris VII. contentæ , quibus de everſione Romani Imperii adverſus Chriſtianos calumniam ſtuduit repellere . Cum autem prophanarum quoque rerum hiſtoriam ad illuſtrandam Eccleſiaſticam valde conferre omnis non fateri non debeat , prætereundus Oroſius non erat , a quo res hujuſmodi examinatæ diligenter traditæ ſunt . Plurima ad Theologiam ſpectantia tractavit , & ſcripſit , de quibus Cave ſæcul. Neſtorian. A. C. CCCCXVI.

Nicephorus Calliſtus Xantopuli filius E. H. ſcripſit libros XXIII. h. e. a C. N. ad Leonis Philoſophi mortem , nempe hiſtoriam compræhendiſſe annos circiter CICCCCXI. Poſtremi libri periere ; ſuperſunt priores XVIII. deſinentes hiſtoriam ad Phocæ imperium , videlicet in annum CICX. juxta Dionyſianam Æram . Repræhenditur vehementiſſime mendoſa non raro commentitia , & vana narrare . Nonnulla tamen , eaque nec pauca , nec parva Nicephoro uni debemus , quæ in dubium verti , niſi temere non queunt . Videtur claruiſſe A. C. CIↃCCCXXXIII. Nonnihil ſcripſit etiam in re theologica , ut , hujus diſciplinæ minime jejunum fuiſſe , appareat . V. Cave ſæcul. Vicleviano in addit.

Venerabilis Beda A. C. IↃCCXXXI. hiſtoriæ Eccleſiaſticæ colophonem impoſuit . Habes ab eo , quæ ad Eccleſiaſticos annales faciunt . Scripſit namque aſtronomica quædam , ac *de temporum ratione* , *de ſex Mundi ætatibus* , *de Paſchate* , *& Æquinoctio* , *Martyrologium* , *de ſitu Hieruſalem* , *& locorum SS.* , *de Vitis SS. Felicis* , *Vedaſti &c.* ſunt numero octo . Non ignoro criminari a multis , quod volumina vitiis ſcateant non paucis . Verum habes ab iis rationem ſtudiorum , atque ſcientiarum illorum temporum; habes, quibus facillime addas; habes poſtremo , quod ab alio non habes . Hunc autem Theologum eximium fuiſſe , ſi quis dubitet , mitto ad ejus elu-

cu-

Digitized by Google

ris ; tum quod de eorum celebritate in utroque ſtudiorum genere qui dubitat , non video , cur quando lucet , an Sol ſit, vel non ſit , dubitare non poſſint (*a*).

Ex

cubrationes, mitto ad Malmsburienſem de geſtis Anglor. lib. 3. e. 3. Mitto ad Joan. Mabillonium ſæc. 3. p. 1. in ſæc. Benedictin. Editio Colonienſ. anno 1612. tribuit univerſ. in Tom. VIII.

(*a*) Epiphanius Paleſtinus Epiſcopus Salaminus , floruit ſæculo Eccleſiæ IV., dicitur etiam Epiſcopus Conſtantienſis , quia illud nomen in hoc mutavit Urbs ea in Cypri inſula ſita; multa ſcripſit cum theologica , tum hiſtorica , laudatur autem inprimis Panarium , ſive adverſus hæreſes LXXX. cœptum A. C. CCCLXXIV. rogatu Acacii , & Paulli , quod perduxit ab hæreſibus Judæorum ad Maſſilianos ſub Conſtantio ortos . Laudat hoc opus Photius cod. 122., & illuſtravit elegantiſſime Petavius &c. Nonnullas tamen ſectas priorum temporum illum effugiſſe , ſi vacabit , oſtendemus in eo , quod in manibus habemus , de hæreſibus opere . Vid. etiam Ittigium .

Philaſtrius , vel Philaſter ut placet Cave quo anno natus ſit , quove Epiſcopus creatus Brixienſis , non conſtat inter eruditos , conſtat tamen amicum fuiſſe Ambroſii Mediolan. , nec ultra annum CCCLXXXVIII. vitam produxiſſe . Scripſit de hæreſibus XXVIII. ante adventum Chriſti , poſt vero CXXVIII. , ut apparet & Gaudentio Philaſtrii in Brixienſi ſede ſucceſſore : quamquam dumtaxat poſt Chriſti adventum CXXII. ad nos pervenerint . Pugnavit itidem contra Auxentium Mediolan. Arianum , ut in utroque ſtudiorum genere eximius evaſerit . Vid. geſta Conc. Aquilejenſ. contra Pallad. , & Secundian. A. C. CCCLXXXI. in Corp. Conc. Tom. 2. Tractat. de translat. S. Philaſtr. B. Ramberti quadrageſimi Brixienſis Epiſcopi . Eraſmus illum putavit Græcum Tom. IX. , Cave Hiſpanum . Ughellus credidit illum evectum ad Epiſcopatum A. C. CCCLXXXI. , ac ſediſſe annos VIII. Vid. edition. J. Albert. Fabricii Amburgii 1721. Accuſatur a Cave , Philaſtrium multos habuiſſe hæreticos tali nota omnino immunes . Sæcul. Arian. Errat Dupin. , qui eum mortuum dicit ante Ambroſium Tom. II.

Hilarius Pictavienſis Epiſcopus floruit A. C. CCCLV. ex Baronii calculis . Certe interfuit Biterrenſi Synodo A. C. CCCLVI. , ac ſtrenue pugnavit cum Arianis , ſcripſit plurima theologumena , ſed fragmenta de Ariminenſi , & Seleucienſi Conventibus maxime ad hiſtoriam faciunt . Improbrantur ei nonnulla . Videlicet carnem Chriſti ab omni dolore immunem credidiſſe , de mundo ſimul creato , non dierum ſucceſſione . V. Eraſ. præfat. in Hilar. I. Gillotium &c. , ſed facile a noſtris defenditur . V. Natal. Alexandr. ſæcul. IV. cap. 6. artic. XIII. *S. Hilarius gallicano cothurno attollitur , & cum græciæ floribus adornetur , longis interdum periodis involvitur , & a lectione ſimpliciorum fratrum procul eſt* . Hieronym. epiſt. 13. ad Paulin.

Optatus Milevitanus acerrimus impugnator Donatiſtarum videtur floruiſſe anno CCCLXVIII. , quamquam libro II. Pontificum agmen claudat Siricius , quem additum fuiſſe a librario putat Baron. ad A. C. 368. , ſcripſit de ſchiſmate Donatiſtar. lib. VII. Cave exiſtimat a varietate ſtyli ſeptimum , quem habemus , non eſſe illum , quem Optatus elucubravit , aut ſolum ſex libros ſcripſiſſe , ut Hieronymum , ait , tradete . Scripſit & alia , de quibus V. Priorii edit. Pariſienſ. A. C. MDCLXXIX.

Diodorus Antiochenus , qui etiam Tarſenſis dicitur propter ejus Eccleſiæ regimen floruit A. C. CCCLXXVIII. , interfuit Oecumenico Conc. Conſtantinopol. Vir omniquaque doctiſſimus , Cave affirmante , præſertim in aſſequendis ſenſibus naturalibus, atque nativis divinarum litterarum; Nam vetus Inſtrumentum interpretatus eſt univerſum , quod opus integrum extat , nec non partem Teſtamenti novi ; hoſtis habetur acerrimus Appoliniſtarum : ſcripſit inter alia Chronicon , quo illud Euſebii emendavit , & libros II. adverſus hæreticos . V. Phot. cod. 102. & 123. Baſilium epiſt. 167. Nebecliesu Catal. lib. Chal. cap. 26. Videtur tamen notam aliquam incur-

Ex quibus quid efficitur inde ? Efficitur ſane , ut ipſam audiamus rei naturam vociferantem , Theologum non jejunum

curriſſe, quod ab ejus ſchola manarit Neſtoriana hæreſis. Verum exiit Neſtorius quidem , hæreſis fortaſſe non exiit , tametſi multi ex diſcipulis Didori Neſtorio faviſſe, depræhenſi ſint. Certe, quæ inveniuntur pœnes Mar. Mercatorem edit. Garner. part. 2. pœnes Leont. lib. 3. contra Euthychen , pœnes Facund. Hermienſ. Acta Syn. V. Collat. 5. perperam Mompſueſteno tributa, vitio omni ſunt defecata.

Ruffinus Tyranius Præsbyter Aquilejenſis præcipue claruit A. C. CCCXC. , primo Amicus , & contubernalis Hieronymi , deinde hoſtis ejuſdem infenſus , multa elucubravit theologica non ab omni libera errore , quippe qui a Didymo in Origenis inſtitutis verſari didicit , cujus opera e græco idiomate in latinam tranſtulit linguam , quemadmodum Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ Euſebianæ principem partem , cui addidit hiſtoriam ſuccedentem , ac Baſilii Cæſarienſ. , & Nazianz. quædam & alia permulta . Eccleſiaſt. Hiſtor. lib. II. exaravit , in quibus inepta multa , multaque falſa narravit , ut Socrates illis pro ſuis cum uſus fuiſſet , depræhendes mutuaviſſe indiſcriminatim vera ſimul , & falſa , iterum coactus eſt opus ſuum cudere . Vid. Socrat. præfat. in lib. 2. Eſt autem obſervatione digniſſimum *profeſſionem fidei* Ruffini nomine apud Sirmundum non eſſe Ruffini, quod pugnat cum doctrina Origenis , quem ſemper Ruffinus ſectatus eſt , ſed eſſe Pelagii , ut apparet ex M. S. Corb. Item quæ legitur apud Mar. Mercator. propter rationem eandem . V. Dupin. T. 3. p. 2. Quamquam contra ſcripſit Garner Ruffino eſſe alteram tribuendam omnino . V. eundem Dupin. Nouvel. Bibl. T. 3. p. 1.

Eutropius non Præsbyter nec diſcipulus Auguſtini, de quo Gennadius unice fert, duas ſcripſiſſe epiſtolas *ad duas ſorores ancillas Chriſti* conſolatorias de ſcriptorib. cap. 49. ; ſed alter Breviarii hiſtoriæ Romanæ auctor, „ qui ſub Juliano Imperatore „ militavit, & religione Gentilis fuiſſe videtur . Unde mirum videri debeat , Pto„ lomæum Lucenſem , Philippum Bergomatem , Geſnerum , Poſſevinum , alioſ„ que, hunc cum noſtro Eutropio confundiſſe . Ita Cave Hiſt. cit. Sæcul. Neſtoria„ no CCCCXXX. pag. 267.

Porro non eſſe utrumque Eutropium eundem video , hunc autem non fuiſſe chriſtianum non video , quamquam nec chriſtianum fuiſſe certo affirmare auſim . Vocatur ab Suida Sophiſta Italus . Breviarium autem ejus hiſtoricum eſt ab V. C. ad Flavium Valentem Aug., cui ſuum opus dicavit, quod in græcam linguam verſum fuiſſe a Capitone Lycio teſtatur idem Suidas . Vid. Simlerum in Biblioth. Petri Pirhoei .

Damaſus, ſive Anaſtaſius . Poſuimus Damaſum , quod crediderimus libri pontificalis auctorem Damaſum P. R. , ſed ut vulgarem opinionem ſequeremur : quandoquidem permulti decepti epiſtola Damaſi ad Hieronym. , & Hieronymi ad Damaſum, quas falſas eſſe ambas, Eraſmus princeps, dein Holſtennius , aliique oſtenderunt, hunc librum, cui tamen facta additio ſit, Damaſo tribuerunt . Itaque ex catalogo RR. PP. collectum fuiſſe opus Anaſtaſii non dubitamus , eſſe autem opus illud nihil aliud , niſi catalogum ipſiſſimum Romanæ Eccleſiæ non ſine ratione dubitamus . Nam nec monumenta ſatis certa habemus hujus conſuetudinis ſcribendi in Catalogo nomina PP. RR. , nec de illius antiquitate ab exordio conſtat R. E. , nec repudiari illorum opinationem poſſe , putamus , qui arbitrati ſunt , ipſum Pontificale Romanum , ex ſcriptis , lapidibus , actis Notariorum , præterea ex PP. SS. & Epiſcopis, tandem & publicis , privatiſque monumentis fuiſſe collectum . Igitur colligi potuit ab Anaſtaſio, cum ſolum , ſciamus , in lucem prodiiſſe ſæculo Eccleſiæ VIII. Laudatum enim fuit ab V. Beda , qui certe vixit ab A. C. CICLXXIII. ad annum CICCXXXV. Igitur ſi ante A. C. CICCXXXII. demus librum Anaſtaſii publici Juris factum, cui poſtea adjecerit hiſtorias Gregorii II., & Gregorii III. inſtar appendicis , quemadmodum ſpeciem quandam appendicis præ ſe revera ferunt, jam opus auctori ſuo vindicabimus. Nam Anaſtaſius floruit inprimis A. C. CICCLIV.,

qui

Digitized by Google

num hiſtoria, hiſtoricum non expoliatum divina ſcientia verſari poſſe incolumem inter acutiſſima adverſariorum tela: efficitur, ut, qui utriuſque poſseſsor eſt diſciplinæ, poſſit etiam adverſariorum tela in jaculantes omnia conjicere, & egregie convertere: efficitur tandem, ut qui præteritarum rerum memoriam tenet, eamque commode cum theologicis contemplationibus conjungere ſtudet, ac quaſi cohibere glomeramen in unum, is revera & prudentiſſimus, & ſapientiſſimus ſit rite exiſtimandus, quoniam, quid in religione verum ſit acutiſſime videt, & eorum, quæ perſpicit, poteſt celerrime explicare rationem.

Hactenus de iis, qui rigorem auri haudquaquam contenderunt ſolvere æſtu. Nunc videamus, quantum nervorum, & virium ſibi adſciſcat hiſtoricus divina ſcientia exutus, quantumque viciſſim theologus memorabilibus Eccleſiæ deſtitutus. Fiet enim hoc pacto, ut quæ propoſuimus initio Mathematicorum more, hoc eſt, directa prius, dein inverſa ratione probatum omnino habeatis, confirmatumque (*a*).

Poſtquam igitur ſucceſſione temporum, & mira varietate ſectarum factum eſt, ut permixta, & temperata ſtudia hæc perinde creverint, atque undę ſolent notho actæ, & Borea viciſſim, videlicet in molem ingentem, & præter modum, factum eſt itidem, ut perterriti homines magnitudine rei, & va-

qui etiam ſcripſit hiſtoriam de translatione reliquiarum S. Benedicti, & ſororis ejus Scholaſticæ. Vide Arnol. Wion Lign. Vit. lib. 2. cap. 8. Sed conſule inprimis Romanam Anaſtaſii Bibliothecarii editionem 1728. ſtudio, & labore Franciſci Blanchini concivis mei Viri celeberrimi, in qua & Vitæ adjectæ ſunt Adriani II., & Stephani VI. ab Guillelmo Bibliothecario conſcriptæ, nec non Lucæ Holſtenii, & Emmanuelis a Scheleſtrate in hoc argumentum animadverſiones, & diligentia omnis, ſed inprimis Blanchini labor immanis, & numquam ſatis laudanda cura.

(*a*) Vulgaris eſt apud Geometras conſuetudo demonſtrandi e converſo. Olim autem id Dialecticis uſuveniſſe omnibus, atque in re hac Gorgiam Leontinum excelluiſſe teſtis eſt Plato in Gorgia. Quin etiam Tullius in partitionibus, & in Topica ad Trebatium idem obſervavit. Mos eſt Scholaſticorum ad hanc rationem argumentandi confugere contra eos, qui formam negant argumentationis, idque vocant, concludere per impoſſibile, quatenus compellunt adverſarium, ut aliquam enunciationum neget, quam prius conceſſerat. Non eſt hic ludus verborum, ſed recta ad demonſtrationem itur, quæ una ſcientiam parit, veritatemque e putei profundo trahit.

& varietate , quæ principio in unum coaluerant , ſecuerint in partes, non eo fortaſſe conſilio, ut quæ vix vi avelli poterant , diſcerpta , atque diſiecta manerent , ſed ut diſtributio, quemadmodum in artibus , & diſciplinis humanis, ita , & in eccleſiaſticis diviniſque inſtitutis ordinem pareret, omninoque confuſionem omnem removeret (*a*). Verum cum talia ſint humana omnia , ut quanto in partes quæque minutas diſtrahuntur , tanto vaneſcant citius , idcirco evenit noſtris quoque ſtudiis elegantiſſimis, ut quæ primo dumtaxat partita fuerant, ſummo deinde divortio diviſa ſint, & ſic diviſa pæne utrinque defecerint (*b*).

(*a*) Cum PP. SS. promiſcue agerent de re cathechetica , contra Idololatras , & hæreticos diſputationes inirent potiſſimum vero in Schiſmaticos memorabilia Eccleſiarum illuſtrarent , evenit , ut res Eccleſiaſtica , atque divina creverit ſumopere , ac redigi in ſeriem , & in claſſes diſtribui peteret . Joannes Damaſcenus primus habetur eorum , qui hoc præſtarunt , quamquam auctor operum Dionyſio Areopagitæ adſcriptorum videtur Damaſceno ſterniſſe viam . Porro Damaſcenus circa medium ſæculum VIII. edidit IV. libros de fide Orthodoxa , quibus univerſam rem Theologicam diſpertitus eſt . Nam primo libro egit de Deo uno , & Trino, ejuſque natura , & dotibus . II. de Molitione rerum , & opificio . III. de Incarnatione Verbi , naturarum unione hypoſtatica , ac de Chriſti vita , morte , & ad inferos deſcenſu . IV. de Chriſti reſurrectione , & aſcenſione , de fide , & Sacramentis , de SS. Reliquiis , & immaginibus , de lege Dei , & peccatis , de Sabbatho , & circumciſione , de Antichriſto , & Carnis reſurrectione , tuncque hæc tractari inter græcos cœperunt ſcholarum more , non tamen monumentis , & memorabilibus expoliata cunctis . At inter latinos Lanfrancus ducitur princeps Berengarii adverſarius ſæculo Eccleſiæ XI. , cujus tamen ad hanc formam opus elucubratum ad nos non pervenit . Sequenti tamen ſæculo Petrus Abaelardus III. libros edidit , quos nuncupavit : *introductio ad Theologiam* , ſed & antea Ugo a S. Victore ediderat *ſummam ſententiarum ſeptem tractatibus compræbenſam* . Apparet autem , hæc ordinis gratia inter ſe deſcerpta fuiſſe , quod etiam in hiſtoricis laudati viri ſe exercuerint , atque Hugo idem habetur auctor chronicon cujuſpiam ad annum CIƆCXXVIII. Tandem Petrus Lombardus omnia ad quatuor veluti capita ſuprema revocans ſcholarum noſtrarum videtur fundamenta jeciſſe medio ſæculo Eccleſiæ XIV. in quæ capita, qui commentationes ediderunt , habentur principes Alexander Hales, Albertus, Thomas Aquinas , Bonaventura , Joannes Scotus , Petrus de Tarentaſia , Henricus Gandavenſis , Udalricus de Argentina , Gulielmus Durantes , Gregorius Ariminenſis , Auguſtinus Triumphus , Richardus de Mediavilla , Ægidius Columna , Raymundus Lullus , Hervæus Natalis , Franciſcus de Mayronis , Joannes Neapolita , Albertus Patavinus , Durandus a Sancto Porciano , Petrus Aureolus , Joannes Baſſolis , Joannes Baconus , Gulielmus Ocham , Addamus Goddumus , aliique pæne innumeri , quibus quantum divina ſcientia profecerit , Vide Melchiorem Canum de Loc. Theolog. Præf. Certum eſt porro , eandem fere formam Jus quoque pontificium induiſſe . V. Inſt. Canon. Lanc. , & Grav. , ac Specul. Juriſ. Demum Tractat. de Reg. poteſt. , & pap. Joann. de Pariſiis &c.

(*b*) Qui luſtrabunt *Hiſtoriam Lombardicam*, ſeu *legendam auream de Vitis* SS. , facile

Nihil temere dico. Quis enim eſt veſtrum, qui ignoret, huc ſpectare epiſtolas Sancti Martialis, libros decem Recognitionum Sancti Clementis jam pridem exploſos, rurſuſque in lucem prolatos, epiſtolas Pontificum Romanorum ab mox laudato Clemente ad Siricium? Ad hanc ferme ætatem Marcellini pertinere inventum, commentum Prædeſtinatiani, ac nugas de hæreſi Barlaami, & Ancyndini: In hæc ferme tempora rejiciendam *(a)* fabulam jampridem exploſam, videli-

cile conjicient, Hiſtoriam Eccleſiaſticam iis temporibus jam exoleviſſe, & ad fabulas ſe convertiſſe. Eam enim *ab homine oris ferrei, & cordis plumbei fuiſſe ſcriptam*, Vives ait, qui, *quid fœdius, pergit, dici poteſt? Quam pudendum eſt nobis chriſtianis, non eſſe præſtantiſſimos noſtrorum divorum actus verius, & accuratius memoriæ mandatos*. V. eumdem Vives de cauſis corruption. art. lib. II. & Canus, *in illo*, inquit, *miraculorum monſtra ſæpius, quam vera miracula legas. Hanc* (legendam nempe) *homo ſcripſit ferrei oris, plumbei cordis, animi certe parum ſeveri, ac prudentis*. Tuan.

Sumpta hæc comparatio eſt a T. L. Caro de Rer. Natura lib. II. v. 826.

Quin etiam quanto in partes res quæque minutas
Diſtrahitur magis, hoc magis eſt, ut cernere poſſis
Evaneſcere paullatim, ſtinguique colorem:
Ut ſit ubi in parvas partes diſcerpitur aurum,
Purpura, puniceuſque color clariſſimus multo,
Filatim cum diſtractus diſperditur omnis:
Noſcere, ut hinc poſſis, prius omnem efflare colorem
Particulas, quam diſcedant ad ſemina rerum.
Poſtremo &c.

(*a*) Sanctus Martialis unus ex LXX. Diſcipulis Chriſti, qui ad fidem convertit in Gallia, Lemovicenſes, & Turonenſes, quique fertur duas ſcripſiſſe epiſtolas ad Burdegalenſes, & Toloſanos, quas legere eſt in Biblioth. PP. Tom. III., quaſque inventas, ſive repertas fuiſſe in ſacrario Baſilicæ Sancti Petri in Urbe Lemovica Philippo Galliarum Rege ſedente, Andr. Sauſſayus Pariſienſis mirum quantum laborat, ut eas Martiali vindicet de Miſtic. Gall. Script. in S. M., ſed fruſtra; Nam in iis teſtimonia divinarum litterarum ſecundum verſionem Hieronymi poſita ſunt. II. ſibi nomen Apoſtoli tribuit, qui tantum diſcipulus fuit. III. quia agens de proceſſione S. Spiritus formam dicendi uſurpat Symboli S. Athanaſii. IV. Quod eas ignorarunt PP. priorum ſæculorum, & qui eos proxime ſequuti ſunt, nec lucem viderunt ante A. C. CIↃLX. ex Chronico Gauſridi Prior. Voſienſis. V. N. A. ſæcul. I. artic. XI. Acta quoque Martialis ab Aureliano ſucceſſore, ut legitur, & auditore Martialis in dubium revocantur. V. Greg. Turonenſ. Hiſt. Franc. lib. I. cap. 30. Cave ſæculo Apoſtolico LXX.

Libri X. recognitionum Sancto Clementi R. P. olim adſcripti jam pridem fuerant exploſi ab Euſebio lib. 3. Hiſt. Eccleſiaſt. ab Hieronymo in Catalogo Scriptor. Eccleſiaſtic., & lib. I. adverſus Jovinianum cap. 14. Fuiſſe tamen ab Clemente conſcriptos, ſed ab Ebionitis violatos, putavit Epiphanius hær. XXX., quod ſenſit quoque Ruffin. de adulterat. libror. Origen. Vide præterea Phot. Biblioth. cod. 113. Verumtamen A. C. CIↃL. Nicetas Pectoratus, ſeu Stethatus Monachus, & Presby-
ter

delicet feminam ad maximam pontificiam ſedem evectam nomine Joannam , vel Agnetem , vel Gilbertam , aut Eliſabeth ,

ter Conſtantinopolitan. in Cœnob. ſtudienſi acerrimus hoſtis Latinorum , cujus labores extant plurimi in Biblioth. Vindobonenſi apud Cave. Sæcul. Hildebrand. præcipue tribus illis epiſtolis , quas ſcripſit de Canonibus Eccleſiaſticis , ſed & aliis in locis pluribus libros recognitionum , tamquam certum Clementis opus , approbavit , contra quem Humbertus Cardinalis , & Epiſcopus Silvæ. Nigræ opus idem in cenſum apocryphorum amandavit . Multi ſequuti ſunt Nicetam in re hac , de quibus V. Cotel , Voſs , & nuperrimam edition. Anaſtaſ. Biblioth.

Epiſtolæ , & decretales litteræ ab Clemente ad Siricium , ſi excipias S. Cornelii apud Cyprianum M. , Julii primi ad Orientales , & ad Clerum , populumque Alexandrinum , quæ citantur ab Athanaſio Orat. II. apologet. , & a Socrate lib. 2. cap. 18. , Liberii apud S. Hilarium in fragmentis , Damaſi , & Synodi Romanæ ad Illyrici Epiſcopos pænes Theodoret. h. e. lib. 2. cap. 22. , pænes Hieronym. &c. , & ſi quæ ſunt aliæ , rejiciuntur tamquam ſpuriæ , tum quia nec præſeferunt argumenta ad illa ſæcula ſpectantia videlicet ad tempora Siricii , & ante Siricium , tum quia & verſionem Hieronymi adhibent , & poſteriorum PP. ac Conciliorum , immo ſtrigoſæ ſequentis ætatis dicendi formas . Sunt hæ porro V. S. Clementis , III. Anacleto , II. Evariſto , III. Alexandro , II. Sixto I. , I. Teleſphoro , II. Hygino , IV. Pio I. , I. Aniceto , II. Soteri , I. Eleuthero , IV. Victori , II. Zephyrino , II. Caliſto I. , I. Urbano I. , II. Pontiano , I. Antero , III. Fabiano . III. Cornelio , quarum initia prioris : *chariſſimis , atque dilectiſſimis Fratribus S. D. E. filiis , & omnibus Domino recta fide famulantibus* : alterius *Rufo Coepiſcopo* , poſtremæ *Lupicino Viennenſi Epiſcopo* , I. Lucio , II. Stephano I. , II. Sixto II. , II. Dionyſio , III. Felici I. , II. Euthychiano , I. Cajo , II. Marcellino I. , III. Euſebio , I. Melchiadi , I. Sylveſtro , I. Marco , quæ eſt ad Sanctum , ut creditur , II. Julio I. , II. Liberio , II. Felici II. , Damaſo plures , nempe III. ad S. Hieronym. , ad Afros , de Chorepiſcopis , ad univerſos Epiſcopos Italiæ , ad Aurelium . Quis autem eorum inventor fuerit , nondum exploratum eſt . Nam qui Mario , vel Iſidoro cuidam Mercatori , vel Peccatori , ut aliis placet , qui eas tribuunt , rem obſcuram obſcuriorem faciunt . Id unum conſtat collectorem , aut inventorem decretalium earumdem litterarum vixiſſe ſæculo Eccleſiæ VIII. , quod exerpſerit quædam ex epiſtola Abbatiſſæ Cangith , quæ data eſt poſt annum 720. , quædam vero ex epiſt. Bonifacii Moguntini Archiepiſcopi ad Ethibaldum Regem , quæ ſcripta fuit poſt annum 744. V. Blondelli *pſeudo Iſidorus , & Turrianus vapulantes* . V. Aniani , h. e. *Antonii Auguſtini Taraconenſis Epiſcopi* adnotation. ad Codicem Theodoſian. N. A. Sæcul. I. Diſſertat. XXI.

Marcellinus P. R. , fertur , in perſecutione Eccleſiæ diocletiana Idolis litaſſe , ac propterea in Concilio quodam Sinueſſano de pontificia ſede ejectum fuiſſe . Hæc ſane fabula videtur inventa ab Donatiſtis , qui repræhenſi propter proditionem SS. Codicum , qui arcani diſciplina cuſtodiebantur , & propter thurificationem Idolorum , ut ſe aliqua ratione defenderent , agebant per recriminationem accuſantes thurificationis ejuſdem PP. RR. , præſertimque Marcellinum V. S. Auguſtin. lib. de unico baptiſ. contra Petilian. Defenditur autem ab Nat. Alexandr. ſæcul. III. , diſſ. XX. , hoc eſt Marcellinus vindicatur , ab Papebrochio in Propylæo ad acta SS. Menſ. Maji , diſſertat. VIII. Sed id præſtiterat antea P. M. Antonius Pagj crit. in Baron. ad A. C. CCCII. , quem etiam honoris cauſſa nominamus , quod Magiſter fnerit Franciſcanæ familiæ . Vide diſſertation. S. D. N. Benedicti XIII. in actis Synodi ſui Benevent. dum eſſet Archiepiſcop. Pulcherrima eſt opinio Blanchini , fabulam hanc ex prava lectione Anaſtaſii Biblioth. apud noſtros auctoritatem fuiſſe nactam . V. Notas varior. ad Anaſt. Biblioth. ſect. XX.

Cer-

beth, aut Margaritam, aut Judittam, aut Doroteam, quam, alii fingunt, Leonem IV., ſequutam eſſe, alii Martinum I., alii Joannem V., quamque Teuthonam nonnulli dicunt, plerique omnes Anglam. At, ne longiores, quam decet, ſimus, quiſquilias generis ejuſdem permultas, quæ in Eccleſiæ hiſtoriam miſerrime, & periculoſe irrepſere, negligere eſt & prætermittere, (*a*)? Novum ne accidit auribus veſtris ſæcula Ec-

Certe, quod Nicolaus I. Pontiſex R. A. C. CICCCLXII. ſcripſit in epiſtola ad Michaelem Imperat., non parum ei fidei conciliavit.

Prædeſtinatus, vel Prædeſtinatianus editus ab Sirmundo V. C. Soc. Jeſu videtur referre hæreſim quandam adverſantem Maſſilienſibus, ceteriſque Semipelajanis, quæ tamen hæreſis reapſe non fuit, ut damnata ab Eccleſia in catalogo hæreſum enumerata ſit, quamquam Lucidus quidam fortaſſe ea defenderit, quæ huic ſectæ tributa ſunt. V. Natal. Alexand. ſæcul. v. diſſertat. v. Nec deſunt, qui opus a Sirmundo inventum in acopocrypha VIII., aut IX. ſæculi amandent. V. Cardil. de Aguir. Theol. Errata hujuſmodi adſcribtuntur pravis interpretibus Auguſtinianæ doctrinæ, qui adverſantes erroribus pelajanis, ac ſemipelajanis ita ad contrariam partem declinarunt, ut ſcopulos ii quoque impegerint. Ceterum M. S. laudati Viri caracteres haud referre antiquitatis, præſertim proprios V., & VI. Eccleſiæ ſæculi, nemo negabit, qui diligenter eum luſtraverit. Vide Picinardum Theol. Patav. Avræum Theolog. Sorbon. Cave in Primaſium Diſcip. Sancti Auguſtini.

Barlaami, & Ancindymi hæreſes: primus, quod ſciam, retulit hanc hæreſim *Davides Monachus*, ut putatur, Teſſalonicenſis circa annum CIƆCCCXLVIII. Nam David Dishypatus ſcripſit quidem ad Nicolaum Cabaſilam de blaſphemiis Barlaami, & Ancindymi, non autem de hæreſi eorumdem, ut videre eſt apud Cangium Gloſſ. Med. Latin. Verum ſcripſit hic poſt Davidem, nec quicquam refert de Concilio Teſſalonicenſi, quo errores ſopiti finguntur, extat tamen græce M. S. Biblioth. Vindob. Cod. Theolog. CCX. num. XVI., & in Biblioth. Auguſt., excerptaque nonnulla reperiuntur apud L. Alcatium de conſ. lib. 2. cap. 17. ſect. 2. col. 838., ampliora apud Gretſerum in annotationib. ad Cantacuz. &c. Vide Cave ſæcul. Wicleviano. *Monumenta authentica religionis græcorum* nuper edita Hayæ Comit. in quibus multæ confeſſiones fidei chriſtianorum Orientalium accuſantur ab Emonio Miniſtro Eccleſiæ Belgio., ubi rimantur nova omnia, quæ Græci moliti ſunt ab hinc ſæculis pluribus, nihil invenire eſt de hac hæreſi. Nec capita, quæ producta ſunt, tamquam ad ſchiſma tollendum, ab Dandino Nuncio Pontificio, vel quæ feruntur ad fovendum expoſita, quicquam referunt, quamquam multa in eo volumine contineantur apocrypha omnino, & nulla fide digna. Itaque niſi nova monumenta producantur minus ſuſpecta, & quæ fidem mereantur humanam, putamus hanc novam hæreſim inter fabulas enumerandam, quemadmodum qui rem ad trutinam revocabit, nemo non exiſtimabit.

(*a*) Ridiculum eſt inventum de Papiſſa vulgo dicta A. C. CICCCLIII., vel juxta alios CICCCLIV., aut CICCCLVII., aut etiam CICCCLVIII., tandem CICCCCIV. V. Hiſt. hæreſ. Bernini. Sunt, qui hanc fabulam repetunt ab Mariano Scoto, quippe qui enumeret hanc feminam in catalogo PP. RR. At floruit Marianus A. C. CIƆLVIII. Ergo tametſi vixerit mulier iſta CICCCCIV. A. C. jam poſt duo fere ſæcula Marianus retulit, quod in chronicis, & annalibus Cedreni, Hermanni contracti, Sampiri, Ditmari, paullo antiquioribus, ceterorumque non invenimus memoratum. Alii putant primo a Martino Polono id ita fuiſſe narratum.

Poſt

la Eccleſiæ , quæ inde ſequuta ſunt ferme ad majorum noſtrorum ætatem , ferrea , plumbea , & obſcura vocari univer-

Poſt Leonem Joannes Anglus natione Moguntinus ſedit annis II., menſib. V., dieb. IV., & ceſſavit Pontificatus menſe I. Hic , ut aſſeritur , femina fuit , & cum in puellari ætate a quodam ſuo Amaſio in habitu virili Athenis ducta fuit , in diverſis ſcientiis ita profecit , ut nullus ſibi par inveniretur , adeo ut poſt Romæ trivium legens magnos magiſtros diſcipulos , & auditores haberet , & cum in Urbe vita & ſcientia magnæ opinionis eſſet in Papam concorditer eligitur . Sed in Papatu per ſuum familiarem impregnatur : verum tempus partus ignorans cum de Sancto Petro in Lateranum tenderet , anguſtiata inter Colloſæum , & S. Clementis Eccleſiam peperit , & poſtea mortua ibidem (ut dicitur) ſepulta eſt . Et propterea quod Dominus Papa eandem viam ſemper obliquat , creditur omnino a quibuſdam , quod ob deteſtationem facti , hoc faciat . Nec ideo ponitur in catalogo SS. PP. tam propter muliebrem ſexum , quam propter deformitatem facti. Hactenus Martinus qui id non tam aſſerit factum , quam narrat anceps , quique cum vixerit A. C. CIↃCCCXX., jam ab re geſta , quam aſtruit A. C. CICCCLV. quatuor ſæculis tranſactis . Sed nec in Scoti chronicis , neque Martini exemplaribus ſingulis hoc legitur , quod ſuſpicione eſſe poteſt fabulam in hæc memorabilia vetera intruſam fuiſſe . Quid ? quod nec Lupus Ferrarienſis , nec Anaſtaſius Bibliothecarius , nec Ado Viennenſis , nec Hugo Floriacenſis , nec Sigibertus niſi edit. Henr. Steph. , non autem m. ſ. Gemblacenſi , nec Conradus Urſpergenſis , nec Joannes Aventinus in monumentis , quæ juris publici fecerunt , hujus rei quicquam afferunt . Præterea Leo R. P. A. C. CIↃL. ſcribit ad Michaelem Imperat. feminam , & Eunuchos evectos ad Sedem Biſantinam repræhendens . Quid Michael ? recriminavit ne , Pontificem paullo antea feminam conſendiſſe R. S. ? Nihil minus. Cur tacuit Photius ? Sed quid ineptius ? Joannam Anglam , Moguntinam ? Aut Moguntina fuerit oportet , aut Angla , ſed ab Anglia Athenas ducta . Ergo Anglicana. Non igitur Moguntina , quia in Anglia Moguntia nulla . Vix Romam ingreſſa concelebrata eſt , atque ad Eccleſiæ faſtigium evecta . Quid hoc monſtri eſt ? Advena , ſine ſacris ordinibus , aut vix ſuſceptis , ætate ad partus apta eligitur Pontifex ? Athenis in omni ſtudiorum genere ſe exercuit , ut Romam traducta , eſſet admirationi Doctoribus ipſis . Athenis ? Nonne tacuerunt Athenienſes ſcholæ ab invaſione , & depopulatione Gothorum græciæ totius ? V. S. Hieronym. epiſt. 3. ad Heliodor. Syneſium epiſt. 136. Zonaram Tom. 3. annal. de Leone Iſaurico . Igitur ruit etiam per ſe narratio . Quibus ab iis quoque animadverſis , qui in nos jacula conjicere ſolent , ſed non pingui minerva , fabulam hanc tamquam purum putumque commentum repudiarunt . Porro ſic Gullielmus Cave de Martino Polono ,, Nihil vero illum magis famoſum reddidit , quam decantatiſſima illa de Joanna Papiſſa ,, ſeu fabula , ſeu narratiuncula . Sane fabulam eſſe , & Martini Chronico intruſam , nullus dubitat , præſertim cum in pleriſque antiquis codicibus M. SS. deſideretur . In quatuor codicibus M. SS. Bibliothecæ Cæſareæ deſiderari , in totidem etiam reperiri ingenue fatetur Lambec. Comm. biblioth. Vindob. l. 2. c. 8. ,, Deerat etiam in antiquiſſimo cod. , quem Biblioth. Vaticanæ donavit Urban. VIII. ,, &c. ſæcul. Scholaſt. 1277. A. C.

Verum qui id noſtris objiciunt , cum ita agendo , efficere nihil poſſe , videant , ad genus aliud quæſtionem præſentem traducunt : ajunt itaque , rem hanc non eſſe tractandam ratione , nec inſtitutis criticis examinandam , cum multa ſint , quæ tametſi vero minime ſimilia videantur , nec talo nixa firmiſſimo , quod non reſpondeant humera judicio , nihilo tamen minus vera ſunt , & extra omnem poſita dubitationis aleam : ita rem hanc ſcatentem vitiis hujuſmodi , ſed tamen a veteribus multis enunciatam , more Ethicorum examinandam eſſe , h. e. ſuffragiis auctorum . Nam cum Magiſtri morum inter ſe diſſentiant perſæpe , & toto cœlo disjuncti ſint , hoc præſcriptum conſtituerunt , ut cautum ſit uniuſcujuſque ſententiæ . *Si in re gra-*

vi in-

verſim, quod in illis hiſtoria defecerit, defecerit theologia, atque homines minime bello occupati iis ſtudiis ſeſe dederint, quæ vix digna videntur elucubrationibus anicularum (*a*)? Inauditum ne vobis, aut cuiquam novum, vel reconditum

vi invenias Doctores pugnantes, *tutioremque viam inire velis*, *ſic agito: Numera auctores qui pro affirmante ſententia ſtant*, *numera*, *qui tuentur negantem*, *& ubi inveneris majorem partem*, *amplioremque numerum: ſcito ibi opinionem firmiorem eſſe*, *tutioremque*. Porro ſi ad hanc trutinam revocabis narratæ feminæ factum, invenies affirmantis opinationis numerum ingentem ſcriptorum. Nam præter Romanos multos habebis Gallorum XVII., Italorum XXVII., Hiſpaniorum VI., Anglorum V., Scotorum I., Belgarum IX., Germanorum XVII., Poloniæ I., Græcos II., totidemque Judæos, ab altera vero parte vix ſtantes invenies X. Ita Hofmann. in Lex., ſed Myſſonius inprimis ſuo in Itiner. Ital.

Atqui tali etiam ratione ſi ad trutinam revocabimus factum, tutiorem eſſe negantem opinionem noverimus, & fultam ſuffragiis numero, & pondere procul dubio amplioribus. Quod antequam oſtendamus, placet præſcripta ſequentia Juriſconſultorum, & illorum Doctorum, qui morum Magiſtri dicuntur, contemplari.

I. *Homines craſſo ingenio*, *aut improbo*, *aut non ſatis inſtructo teſtes non ſunt adhibendi in re obſcura*, *& difficili*, *quia datur fides non teſtæ rei*, *ſed teſti:* curent ff. de teſtib. lib. 3. §. ideoque Divus tit. in ff. & text. C. Siquis Imp. maled. l. 1. &c.

II. *Quibus conteſtatio proficua eſt*, *teſtes ſi vocentur*, *ne credito*. Abb. in C. cum a robis in 3. & 4. col. de teſt. ſpec. in tit. d. teſt. §. 1. &c.

III. *Hoc diſcrimen inter extraordinem teſtes*, *& ordine*, *ac jure: hi antequam teſtantur*, *rem perpenderunt diligentiſſime*, *monenturque*, *ut rurſus perpendant; illis præſumpſio eſt*, *nequaquam*. *Teſtes ordinarii*, *& de jure fidem faciunt*, *illi non faciunt*. Text. l. 3. §. Sabin. de teſtib., & in l. 1. in princ. ff. ad leg. Cornel. de falſ. Joan. de Imola in c. cum olim n. 6. &c.

IV. *Cum plures teſtes diſcrepant*, *ne illos indiſcriminatim adhibeas*, *ſed quatuor hæc obſervanda ſunt amuſſim I. argumentum diſcriminis*, *II. Teſtium fama*, *III. momenta*, *quibus moventur*, *& cauſæ impellentes*, *IV. res dubia*, *res certa*, *quid ex lege*, *quid a conſuetudine* Bald. not. in 1. Luc. de infam. Petrus de Anchona in c. quia non veriſimile &c.

V. *Teſtes de auditu ſi ab eodem acceperint*, *quamquam mille unum habe* l. jusjurand. c. de teſtib. C. licet cauſam de probat. D. Ant. in c. cum oporteat de accu. Arch. in cap. nec mirum 26. quæſt. 5. Inno. in C. venerab. de teſt. dom. Bald. in l. ſi quis ex argum. §. 1. ff. de eden. Aret. in C. licet ex quadam in 6. col. de teſt.

Porro, his ſtatutis, deſperearn profecto, niſi a priori numero LXX. nimirum VIII., non excluduntur ſaltem LXXIV. ex vi axiomatis primi, & ſecundi, ac tertii: ex vi vero quarti, & quinti omnes explodantur neceſſe eſt. Quis enim non videat in fide alterius unumquemque ſuum attuliſſe ſuffragium, ita ut recentior, a vetuſtiori, ac ab recentiori recentiſſimus tranſcripſerit ſine examine, ſine trutina, pro re nata, inter quos plerique hæbeti ingenio in re critica, ſine paleſtra, ut ajunt, & oleo, qui adverſantes habent homines graviſſimos, diligentiſſimos, peritiſſimos, qui rationem reddunt multiplicem cur tale improbent factum. V. Blond. &c. Sincellum &c. Præſcripta, & pronunciata. V. ſupra laudata adhibet Aimonius loc. ſupr. Ergo aut non ita tractando hæc quæſtio eſt, aut 70. illos habito pro uno.

(*a*) Baronius Cæſar S. R. E. Cardinalis ampliſſimus, & annalium Pater ad annum CICCCC. num. 1. *Novum*, inquit, *incboatur ſæculum*, *quod ſui aſperitate*,

Digitized by Google

ditum eſt , ad veritatem perſpiciendam per involucra illorum temporum , & integumenta inſtrumentis illis indiguiſſe ſapientes , quæ ab arte aut nova , aut novata , ut agri ſolent, & iterata ſuppeditantur, & quæ ars, quando ſolis olim gramaticis uſuveniebat , gramatica a veteribus appellata eſt , nunc autem aucta mirum in modum, atque locupletata, critica dicitur ? At neque hæc ars , quæcumque ea ſit , nam certam viam , rationemque judicandi nondum præbet : neque hæc ars , inquam , profuiſſet hiſtoriæ ſine theologia . Unde enim habet errata veterum hæreticorum , emendationes doctorum catholicorum , catenam , & ſeriem controverſiarum ; unde ſcriptorum tempora , ac reliquarum rerum , quæ maxime ad annales faciunt, niſi a Theologia (*a*)? Quapropter

te , *ac boni ſterilitate* ferreum , *malique exundantis deformitate* plumbeum , *atque inopia ſcriptorum appellari* , *conſuevit* , obſcurum . V. etiam num. 3. & annum CICCCCXII. num. 14. Genebrardus initio ſæculi x. pag. 552. *Infœlix dicitur hoc ſæculum* , inquit , *exhauſtum hominibus ingenio* , *&* *doctrina claris* , *principibus* , *&* *pontificibus* , *in quo nihil fere dignum memoria poſteritatis geſtum ſit* ; *unde ferunt* , *tunc repertum fuiſſe quoddam monſtrum capite canino ceteris membris humanis* , *quod ſtatum illius temporis mirifice referret* . V. ſequentia apud eundem.

(*a*) De ſæculo autem xi. Vide acta Conc. Roman. poſt annum CIↃLXXIV. celebratum, ubi de Sacerdotum pellicatu , deque negligentia , & ignoratione ſtudiorum multa , ac magna V. Ph. Brietium &c. ad eundem annum . Sic de ſequenti . V. Reinerium ad annum CIↃLXX. , & acta Conc. Lateranenſ. 3. , in quo Waldenſes damnati ſunt , peſtis hæreticorum , ſi quæ alia , funeſtiſſima , & deteſtabilis . In hoc ferme ſæculum rejicienda eſt ratio nova tractandorum canonum , & theologiæ .

Mirum autem , volumen , cui titulus *Evangelium Spiritus Sancti* , quot turbas moverit , nuncupatum fuit etiam volumen hoc *Evangelium æternum* , ſed non minorem confutationem ejuſdem edita ab Gulielmo de S. Amore : quæ opera ſi conſulamus , perſpectam infelicitatem eorum temporum ſacile habebimus .

Ad hanc ætatem ſpectant tumultus Henrici Imperatoris , turbæ Patriarcharum Orientalium præſertim Urbis Biſantinæ , Archiepiſcoporum Cantuarienſ. , & Eboracenſ. , Cruciatæ expeditiones , bella inteſtina Italiæ , quæ ad oras uſque Europæ virus extendit . V. Eneam Silvium , ſeu Pium II. Hiſt. Bohemic. cap. 3. Reiner. Sachonum. &c. Huc itidem jurgia Stephani , Romani , Theodori , Joannis RR. PP.

In hæc tempora ammandatur Chronica vulgo Turpini , ſeu Tilpini ; Monachus S. Dionyſii qui fuit , & Carlo M. a ſecretis , dein Archiepiſcopus Remenſis , quæ hoc titulo *Hiſtoria de vita Caroli M.* , *&* *Rolandi* laudatur ab Reuberto de Scriptoribus German. p. 67. Quamquam abjudicant Turpino hoc opus Hottomannus , Maſſonus , Dunza , Voſſius , & alii bene multi , tum quod eam hiſtoriam non meminerint cohævi auctores , tum quod fabulis ſcateat quamplurimis , tum denique , quod Turpinus deceſſerit ante Carolum . At ego non video , ſufficere momenta hæc poſſe viris criticis , ut liber , qui tali ſcriptori tributus eſt , minime eidem tribuatur . Non enim , neceſſe fuit , Turpinus auctoribus contemporaneis

propter vir egregius Honoratus a Sancta Maria artis præſcripta hujus, quæ ab inſtitutis humanis hauſit ab Juriſconſultis, ab Oratoribus, a Dialecticis, & ſi placet etiam a Phyſicis, & Mathematicis exagitare quidem potuit, quæ vero a locis firmiſſimis Theologiæ, ac ſedibus conſtitutis divinæ ſcientiæ, omnino non potuit. Qua in re tacite mihi convenire viſus eſt cum viris celeberrimis noſtrorum temporum, tametſi non ſemel eos reprehendit, & confutat, Antonio Pagio nimirum, Natali Alexandro, Papebrochio, Tillemontio,

neis elucubratiunculam illam oſtenderit, multo vero magis, ſi hiſtoria ſua deſcripſit Turpinus occulta, & arcana aulæ Caroli, præſertim vero jocandi ſtudia, & illecebras mulierum, ſimiliaque facta, quæ, ne propterea in vulgus exirent, allegoriis, factiſque veluti hiſtoricis, ceu nebulis cohibuit ſimul, & decoravit, ut in Telemaco ſuo Archiep. Camaracenſem feciſſe, ferunt, quæ ſane hiſtoria diu jacere potuit ad ſubſequentia uſque tempora, quibus jocoſa ſcribendi ars argumentum, & materiam ſumpſit librorum multorum. Certe horum ſæculorum homines in tali genere ſtudiorum plerumque ſe exercuiſſe, palam eſt. V. Fontan. præf. in Biblioth. Ital., palamque poemata multa ex Rolandi factis egregiis hauſta, nam puerilia cecinit italico idiomate auctor alterius poemat. Epici, cui titulus *Merlin. Cocai*, amores Bojard., & Bernius itidem poemat. italica lingua, furorem Areoſtus, ſummus ille Vir, qui genus quoddam poeſeos excogitavit ignotum ſane antiquis, & plane novum, ſed eximium procul dubio, & egregium, ut loquitur, & ratiocinatur Malateſta in dialog. Veronæ edito ſæculo decimoſexto, in quo defenſoris partes agit Speron.

Ars critica, quæ latine cenſoria dicenda eſſet, primo gramaticis uſuveniebat, ac ſe exercuit veteribus ſæculis in varia multiplicique lectione auctorum, quæ irrepſere in textum aut incuria, aut etiam ſtudio emanuenſium, vel nonnumquam diligentia auctorum, qui rurſus opera cuderunt ſua. V. Balut., & Walchium in not. ad Lactan. Firmian. Dein ſe extendit hæc ars etiam ad inveſtiganda nomina ſcriptorum, quæ aut temporum injuria deleta, aut data opera ſuppreſſa fuerant. V. Comm. in decret. Gennad. Lib. Hieronym. de Scriptorib. Eccleſiaſt. Poſtmodum aucta duxit longos, latuſque tractus inter rudera omnia antiquitatis volvens cuncta, atque diſquirens, quemadmodum Photius illam adhibuit, aliique antea jam facem Photio prætulerant. V. Præf. Art. Crit. Joan. Clerici. Tandem ad capita revocata, & veluti in genera tributa coaluit in artem, qua uſi ſunt præſertim noſtrorum temporum magni auctores, atque nobiles, qui in Orat. commemorati ſunt. Verum præſcripta illius non tam certa ſunt, quin in dubium revocari poſſint, cum iiſdem præſcriptis, & inſtitutis utatur Tillemontius ad Ægari epiſtolam amplectendam, atque Natal. Alexand. Librum Paſtoris, hic vero iiſdem prorſus ad repudiandam epiſt. laud., atque ille ad laud. librum removendum. Quamquam autem id non tam oriatur a præſcript., quam ab eorumdem uſu, ut etiam Phyſicis accidere ſolet in geometricis, quia tamen nondum præſcripta ad uſum tradita ſunt, nec ſatis commode tradi poſſe, hactenus compertum eſt, propterea vitia hæc in ipſam redundare artem videntur. V. P. Honorat. a S. M. Carmelit. Diſcalzeat. Sed vide inprimis præfat. in Tom. I. Miſcelaneæ Lazzaroni, quem nos edidimus, & ornavimus ſtudiis noſtris, ubi & de Art. Crit. & de ejus inventu. V. etiam inſignem librum des cauſes de la corruption du Gout Par Madame Dacier Amſterd. 1715.

ſio, Dupinio, Richardo Simone, Petavio, Noriſio, Rainaudio, Meletio, Sirmundo, Launojo, Cauſabono, Juniore Pagio ceteriſque, quibus tantumdem cenſoria hæc ars debet, quantum ipſi debent Theologiæ (*a*). Itaque tamdiu viguit

E hi-

(*a*) Tillemontius in calce Tom. I., quod ab Hegeſippo de S. Jacobo Epiſcopo Hieroſolymitano ſcriptam accepimus, exagitans VIII. Monita, quæ regulas appellat, conſtituit, ad quæ narratio hiſtorici revocata, ſi ſtet per ſe, nec ruat acta iiſdem, veluti inſtrumentis quibuſdam, & machinis vera, rataque ſit habenda. Priores autem duæ regulæ, ſeu potius monita duo, hæc ſunt:

I. Si de re geſta recte dubitare non poſſumus, puta ſi a divina hiſtoria relata ſit, aut alio modo comprobata, quamquam multa ex alio capite opponantur, nihilominus tenenda eſt, & flocci facienda, quæ in oppoſitum offeruntur, quibus ſat eſt aliqua ratione inficias ire.

II. Verum ſi geſta res omnino comprobata non ſit, neceſſe eſt, removeantur oppoſita ita, ut abſolutione objectationum pendeat major, potiorque ratio credendi, rem ſic eveniſſe, vel non;

Atqui monita indiſcriminatim accepta duo hæc poſſunt homines graviſſimos in errores inducere, niſi trutina theologica caſtigentur. Nam quis ignorat caput fidei *de Trinitate* ſatis ſuperque comprobatum eſſe? Quis ignorat pati caput hoc a philoſophis difficultates non paucas, nec ſatis parvas? Porro propterea quia inculcatum eſt ab Eccleſia, ac teſtimoniis multis firmatum, ſunt ne oppoſitiones ſuſque, deque habendæ? Minime gentium. Immo eo quod religio eſt, divinam credere naturam triplici hypoſtaſi affectam, ac quicquid religioni obſiſtit, falſum ſit prorſus, opportet: propterea neceſſe eſt, diluamus oppoſita, & refellamus. Non enim ſufficit *exortare in doctrina ſana*, ſed etiam neceſſe eſt, *qui contradicunt arguere*. Hinc vulgatum illud. *Si repellis obtrectatorem, noli de re cogitare, quam tueris:* quod nimirum, nonnulla ſunt, præſertim in theologicis, quorum talis natura rerum eſt, ut oſtendi nulla ratione queant, nec cognoſci niſi ex oppoſitorum remotione. Ita profecto etiam de rebus geſtis ratiocinandum eſt, quarum aliquæ relatæ ab Scriptore non multa fide digno, idcirco creduntur, quod quæ opponuntur iiſdem, funditus convelluntur, nonnullæ vero ab auctore fide omni ceteroqui digniſſimo, non tamen divina, propter agmen oppoſitionum inſuperabile repudiantur. Et ſane cum non omnium ſæculorum traditio populorum clara ſit, ut nonnulla quæ traditione non divina, nec apoſtolica, nec eccleſiaſtica, ſed humana dumtaxat accepimus, prava nos traditione accepiſſe contendant meliores Critici, iique catholici. Vid. Papebroc. Edit. Bolland. Quo confugiendum eſt, ut poſſeſſorem malæ fidei, ab bonæ fidei poſſeſſore diſtinguamus, niſi ad objectationes, tamquam ad lylium lapidem? Itaque antevertat priorem regula altera, ſicque Tillemontius recte agere videbitur. Nam primo cognoſcitur veritas ex remotione impedimentorum, dein ſi æque remota utrinque ſint ex fundamentis, & initiis dignoſcitur. Regulæ ceteræ ſunt:

III. Præſumptio in jure h. e. veri ſimilitudo non eſt confundenda cum veritate, eſtque aggreſſoris, & contradicentis probare. Excipe quæ præjudiciis laborant, ut Paganorum miracula certe falſa.

IV. Res acta ab coævi auctoris narratione, quam ab poſterioris ætatis ſcriptore fidem accipit majorem. Fallax hoc monitum eſſe poteſt, ſi coævus narret geſta longinquæ regionis, poſterior propriæ V. quæ de ſilent. Oracul. ſcripſere Serry exercit. hiſt. Crit. &c. Van-Dal de Oracul.

V. Si quæ narrata ab coævo ſunt non improbabilia videntur, quæ vero a poſteriore plane pugnantia, non eſt laborandum in eorum conciliatione.

VI. Ex-

hiſtoria, quamdiu Theologiæ, ceu talo firmiſſimo, adhæſit, non viguit autem avulſa, ac tamdiu jacuit, quamdiu remanſit avulſa.

Nec velim exiſtimetis Theologiam ab Hiſtoria deſertam lapſu cecidiſſe minori, quin etiam eodem motu labefactata, ita profecto debilitata eſt, ut pæne conciderit omnis.

Et re quidem vera videtur ne vobis ſcientia illa divina, quæ, poſthabitis Divinis myſteriis, ac vitæ chriſtianæ inſtitutis, tota verſatur in acutiſſimo quodam, & ſubtiliſſimo diſputandi genere, in quo delicias qui facere ſolent, aguntur magis libidine, & impetu contentionis, quam pulcritudine veritatis, & quod qui audit, ſonum quidem percipit vocis, ad animum vero nihil traducit? Mihi profecto non videtur. Et tamen hæc quondam fortuna fuit Theologiæ noſtræ, hoc eſt diſciplinæ omnium elegantiſſimæ, & nobiliſſimæ, quæ jam pridem ab hiſtoria relicta, atque deſerta grande illud malum paſſa eſt, quod æſtiva tempeſtate imminere agris ſolet, quibus ſubducuntur irrigationes (*a*). Cum autem

VI. Excipias oportet canonicos Scriptores ab hoc monito, quos excepit & Tillemontius juxta præſcriptum Auguſtini epiſt. 82. ad Hieronym.

VII. Si aſſertio nova eſt, rara autem, & parum creditu digna, ſique ab uno tantum aſſeritur, ibique ponitur, ubi pleraque falſa ſunt, aſſertoris erit illam probare, non aggreſſoris, & contradicentis. Videas, ne erres abutendo monito hoc præclaro. Eſt igitur operæ prætium diligenter perpendas adjuncta omnia rei, ut Theologi faciunt, quotieſcumque Doctorem inveniunt ſingularis alicujus opinionis defenſorem.

VIII. Non eſt credibile, agere hominem contra ſeipſum, velle; ſi igitur id actum invenias in antiqua narratione, fabuloſam illam credito.

Certum eſt tamen, eximenda eſſe ab hoc loco acta Martyrum, quæ tamen fidem publicam merentur! Vide Raimund. act. m. præfat.

(*a*) V. Loc. Theol. Melch. Cani. Nec refert hiſtoriam inter poſtrema loca theologica, & ſedes ultimas argumentorum theologicorum enumerari. Nam non ſacra, nec Eccleſiaſtica hiſtoria ſedem poſtremam tenent, ſed prophana, & illa, quæ puram, totamque humanam, conſuetamque ſidem ſibi adſciſcit, ſine qua ſtare optime poteſt; atque conſiſtere theologia. Eccleſiaſtica autem hiſtoria complectitur omnino Conciliorum acta præter ea cuncta, de quibus ſupra, proinde percurrit per ſedes illas, quibus argumenta conſtituuntur, & compræhenduntur, quæ tractat. Eſt autem obſervatione digniſſimum multas, eaſque principes veritates theologicas ab fide hiſtoriæ pendere, puta, Eccleſiam catholicam ſemper propoſuiſſe Chriſti fidelibus *Trinitate SS.* ea ratione credendam, tenen-

tem hoc predico omnes vos monitos volo , me non idcirco ſcholarum noſtrarum ſtudia , & exercitationes damnare . Hic enim vero palmaris error eſt Adami Tribeccovii , ejuſdemque furfuris hominum (*a*) , qui vitupera-

nendamque , qua nunc nobis proponit , creditur propterea a noſtris , defenditurque . Quod obſervare voluimus , ut inde , qui contra Socinianos recentiſſimos pugnant , quorum ſecta nimis noſtris temporibus longe , lateque patet , probe noſcant , non tam momentis rationum , quam monumentis hiſtoriarum pugnandum eſſe , quod nos confecimus nuper , quod nempe ſi conſtet errata Samoſateni , Photini , ceterorumque non modo ab Univerſali Eccleſia tamquam hæreſes fuiſſe damnata , ſed etiam ab Chriſtianis Doctoribus ſemper cachinnis excepta , jam conclamatum eſt Socinianis , ac manus dedant oportet . Proinde illi multa fidei capita ab M. Juſtino invecta credunt , multa a Gnoſticis hauſta , multa inde collecta , quæ ſemper meliores homines repudiarunt . Porro hoc uno monito artis cenſoriæ , quo nos uſi quondam ſumus contra Chriſtophorum Pfaffium . *Nemo errorem in Eccleſiam inducere tentavit , quin turbas moverit* , hoc uno , inquam , præſcripto univerſos Socinianos refellimus . Videant porro hinc qui aliquid vident , neceſſe eſt , ruere certiſſimum hoc effatum , niſi fulciatur Eccleſiæ factis , quibus imbuti ſint , oportet , qui tales diſputationes temporibus vel neceſſarias noſtris inire , volunt . Vid. Bullum de Trinit. , & Spanhem.

(*a*) Multi adverſus ſcholaſticas diſputationes ſcripſere inter eos præcipue , qui ab Romana Religione ſuperiore tempore deſcivere . Eminet tamen inter illos opus Adami Tribeccovii , in quo & doctrina omnis , & ſcholaſtica docendi forma damnata eſt . Etiam inter noſtros multi viſi ſunt ſcholas damnare præſertim Nizolius , & Alexand. Burgos ordin. noſtri Theologus eximius , de quo ſupra , in ea Oratione , quam habuit publico in Romano gymnaſio *de neceſſitate eloquentiæ* ad theologiam comparandam . Verum intercedit inter utrumque hominum genus diſcrimen , quod illi rationem , [illegible] methodum docendi noſtrum repudiandum eſſe contendunt , ceu vanum , ambiguum , ac falſum plerumque ; præterea damnant etiam dogmata Scholarum , ſeu enunciationes illas generales , a quibus pendent crebro impugnata ab hæreticis Eccleſiæ placita , & in Conciliis ſtatuta , quæque neceſſe eſſet longe , lateque vagarent , ac magnam in molem cum creverint ab eorum ſtudio homines omnino terrerent , nec ſatis enucleata in errores turbulentiſſimos imperitos raperent , niſi ad certa veluti capita revocata eſſent . Perinde procul dubio ac ſi quis naturæ , & gentium jura adepturus per memorabilia nationum omnium , gentium , omniumque ſæculorum percurreret . Aut enim ad tantæ rei oras numquam perventurus eſſet , aut certe multa inter ſe ſpecie tenus pugnantia animadvertens , in multos raptum iri errores , neceſſe eſſet , rationes rei , aptitudineſque omnes viciſſim ignorans . Hinc Canus præf. in loc. Theolog. jure dubitat an veteribus magis ob materiem , an magis ob formam novis debeamus . Itaque noſtri , ſi quicquam arcendum eſſe a ſcholis nonnihil autem arcendum eſſe , profecto judicarunt , ea dumtaxat exploſa voluerunt , quæ longe poſita a fontibus theologiæ , tamquam ex altera vena minime ſacra , minimeque apta ad res divinas aliqua ratione irrigandas , ſcaturiunt , cujuſmodi eſſe videntur ex iis nonnulla , quæ ſcholaſtici hypothetice tractare ſolent , aut in quibus verſari ſolent , tamquam in mundo commentitio Carteſii , quamquam nec iſthæc omnia arcenda ſunt , quod nonnulla juvant ad veritates ſtatutas , & cognitas defendendas , ut de pura natura humana diſpu-

Digitized by Google

re , quæ ignorant cuncta , conſueſcunt ; ſed illam ſpeculandi rationem arguo , quæ non in divinas litteras , non in traditiones , non in concilia , non in PP. SS. , non , uno verbo , in ſacram hiſtoriam , & eccleſiaſticam radices agit , cuique Echius , qui non eminus ſpectavit agmen , ſed cominus aggreſſus eſt , atque coegit , nec non Ræmundus , qui cuniculos omnes detegit , Viri ætate ſuperiori docti & eruditi , perniciem illam adſcribunt , quam temporibus ſuis ſancta catholica , & apoſtolica Eccleſia indigniſſime perpeſſa eſt (*a*) . Sed evaſit divina ſcientia

tatio , & alia talia . V. Laccon. de var. Ariſt. Fortuna . Vide etiam Leibniz. in epiſt. qui fateri non dubitavit , ſe in ſcholaſticis Doctoribus præclare multa inveniſſe , quæ falcibus recentioribus expurgata , munda , & elegantiſſima , & quandoque etiam nova exiſtimata ſunt .

(*a*) Joannes Eckius , vel Echius , ſic enim promiſcue ſcriptum invenimus , in epiſtola dedicatoria ſuorum locorum comunium *Churrado a Tungen* Epiſcopo Herbipolenſi ita de ſe teſtatur : ,, Quamtumvis autem hæreſis invaleſcat , ſpecula-
,, toribus Syon non eſt tacendum , ſed vox , velut tuba , exaltanda eſt contra
,, Philiſteos illos exprobantes aciem Dei viventis , & pro turri David omnibus
,, animi viribus propugnandum eſt , in qua mille pendent clypei , & omnis ar-
,, matura fortium , quod ſtrenue hactenus fortiſſimi quique preſtiterunt viri in lit-
,, teris ſacris clari , & ego omnium minimus cum his beſtiis dentatis jam ſæ-
,, pe & eminus , & cominus pugnavi . Cominus quidem Lipſiæ cum ipſo Dra-
,, conis capite Luthero , & Carolſtadio xx. diebus diſputando , ſpectante nonnum-
,, quam Chriſtianiſſimo principe D. Georgio Saxoniæ Duce . Et in Baden cum
,, Capharnaita Oecolampadio , & aſſeclis aſſidentibus duodecim Contonum Helve-
,, tiorum , & quatuor Epiſcoporum Ambaſciatoribus , pluribus diebus conflixi &c.
Fuit autem Echius Ingolſtadenſis Canonicus , qui ſcriptis laceſſitus cauſſam ſuſcepit defendendam . Miror autem Floremundum Ræmundum ſiluiſſe congreſſum Ekii cum Luthero , illumque cum Carolſtadio non Baden , ſed Lipſiæ actum fuiſſe , referre A. CIↃCIXVIIII. lib. I. c. 10.

Floremundus Raemundus Conſiliarius Regis Galliarum relicta Calvini ſecta ad Romanas partes , ac Chriſti Eccleſiam acceſſit . Hic *Synopſim* ſcripſit *omnium* ſuorum temporum *controverſiarum tam inter Lutheranos* , *Calviniſtas* , *quam* inter *alios plurimos* , *ſive Hiſtoriam memorabilem de ortu* , *progreſſu ac ruinis hæreſum* XVI. *Sæculi* , quam auxit , & illuſtravit ex ſcriptis *R. D. Gaſpari* Ulenbergii *Lippienſis* . Scribit autem *de praxi lutherica circumveniendi catholicum* lib. II. cap. XVIII. prorſus in hunc modum : ,, Dum ita novi chriſtiani novam fidem mordicus ample-
,, xi ſcripturam legunt , ac relegunt , & ad ſuum ſenſum interpretantur , ca-
,, tholici multi Deum priſco ritu colentes , & in primitiva illa viventes ſimpli-
,, citate importunis illis novatoribus antiquam fidem in dubium vocantibus , vix
,, quod reſponderent , habebant , niſi quod eos ad paſtores , & Sacerdotes ſuos
,, ablegabant , ut quibus docendi munus divinitus eſſet commiſſum cum manda-
,, to , ut fideles , ipſos , tamquam divinorum oraculorum interpretes audiant ,
,, ac revereantur , eorumque præceptis obediant . Hoc vero perincomode catholi-
,, cæ religioni accidebat , quod ex hoc ipſo ordine eccleſiaſtico , in Germania
,, præ-

Digitized by Google

tia tandem aliquando ex hiſce vepribus , atque dumetis ope , & ſtudio potiſſimum Alphonſi de Caſtro Theologi ſcholæ noſtræ graviſſimi, & Melchioris Cani viri celeberrimi Dominicanæ familiæ , ac tum demum ſenſit manum extremam , cum Cæſar Baronius præſtans vel maxime in divinis rebus & eximius , ejus roſtra tot tantiſque manubiis ornavit (*a*) . Vix enim Cardinalis ampliſſimus Anna-

,, præſertim , plerique chriſtianæ fidei articulos obiter tantum ſcire contenti in-
,, genia ſua ſpinoſis , & extra hæreſium tempora , non neceſſariis quæſtionibus
,, haud fatigabant . *ut quomodo in Trinitate alius eſſet , atque alius , & non aliud ,*
,, *atque aliud , in Jeſu Chriſto vero aliud , atque aliud , & non alius , atque alius*
,, *(alia enim res eſt eſſentia divinitatis , & alia humanitatis ; ipſa tamen deitas ,*
,, *atque humanitas alius , atque alius non eſt , ſed unus ſolus , idemque Jeſus Chri-*
,, *ſtus , ſeu una ſola eademque perſona .) Item quomodo Spiritus S. procedens a*
,, *Patre , & Filio , Filius non ſit , ut qui Patri unum ſubſtantia , & natura pro-*
,, *cedat , & quem ille æque ac Filius repræſentat . Quomodo corpus J. C. ubique*
,, *non ſit , cum tamen divinæ naturæ , qua ubique eſt , inſeparabiliter conjunctum*
,, *ſit . Quomodo ſolus Filius incarnari potuerit , qui tamen inſeparabiliter cum Pa-*
,, *tre unitus eſt , & cum eo unum* (fallitur hic *Ræmundus* , qui ait *unus , idem-*
,, *que :* quomodo unus , ſi ſupra dixerat Filium alium a Patre , & non aliud ,
,, cum aliud appellet naturam , alius perſonam ? Si autem Filius alius eſt a Pa-
,, tre , non autem aliud eſt , Filius erit unum cum Patre , non autem unus)
,, *idemque , vel unus , idemque Deus . Quomodo realis comunicatio idiomatum reſpe-*
,, *ctu duarum naturarum in Chriſto non ſit origo Unionis hypoſtaticæ . Quomodo unio*
,, *hypoſtatica non conſiſtat tantum in comunicatione divinarum proprietatum cum hu-*
,, *manitate , ſi natura divina humanam non aſſumpſiſſet ſua ſubſiſtentia nudatam . Quo-*
,, *modo prædeſtinatio cum humano arbitrio poſſit conciliari . Quomodo in Euchariſtia*
,, *accidentia eſſe poſſint ſine ſubjecto , materia panis , & vini in nihilum redacta ,*
,, *aut in Chriſti corpus per converſionem mutata . Utrum corpus Chriſti in ſubſtan-*
,, *tiam ejus , qui id recipit , mutetur , aut utrum ſpecies illæ vim habeant corpus no-*
,, *ſtrum ſubſtentandi , & alendi .* Hæc inquam , & ſimilia tum inter ſcholaſticos
,, diſceptabantur , ſed ad importunas Arianorum , Antitrinitariorum , Samoſatenianorum , Lutheranorum , & Zuinglianorum omnia hinc inde tentantium quæſtiones
,, pauci expedite , & ſufficienter poterant reſpondere .

Non eſt porro ſine obſervatione prætereundum quæſtionem de non immenſa corporis Chriſti virtute , vel ut ipſi loquuntur , de *ubiquitate* corporis D. N. J. Ç. non admodum vetuſtam eſſe , viderique invectam in ſcholas paſſim poſt Lutherum , contra cujus errata , atque ſimilium de Euchariſtia non parum ponderis habet , & virium . Quæſtionem vero de conciliando arbitrio cum ſcientia divina , diviniſque decretis jam pridem inter Diodoreos , ac Cryſippeos agitatam , poſtmodum exorta Chriſtiana religione inter Paulianiſtas , & noſtros quaſi poſtliminio contra Lutheranos , & Calviniſtas , revocatam fuiſſe .

(*a*) Placet ad laudem Viri tanti , Cæſaris Baronii Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalis ampliſſimi , Gulielmi Cavæ Angli , ac de litteris optime meritis teſtimonium afferre . Qui in prolegomenis ita fatur . ,, Illuſtriſſimus annalium eccleſiaſtico-
,, rum parens Cardinalis Baronius XII. ingentes hiſtoriæ Eccleſiaſticæ Tomos pe-
,, ctore adamantino , & labore pæne ſupra vires humanas , conſcripſit . Immen-
,, ſum plane , ſed & XXX. annorum opus , nonniſi poſt hiſtoriam Eccleſiaſti-
,, cam

nalium parens ſuos ingentes, incredibileſque labores edidit adverſus Magdeburgenſes Centuriatores, cum ſtatim ad ſpem priſtinæ dignitatis omnes Theologicæ ſcholæ exarſere, quam permultas attigiſſe non dubitamus, noſtram porro, quantum per nos licuit, conſequutam eſſe, certo ſcimus.

„ eam ſepties in Oratorio, ſingulis quippe quinqueniis repetitam, tandem in-
„ coactum, integrum ſua ipſius manu, Amanuenſium nulla opera ſuppetitias fe-
„ rente ſcriptum, & inter quotidiana curæ parochialis munera, inter frequen-
„ tes confeſſiones audiendi, concionandi, domeſticiſque congregationis ſuæ rebus
„ proſpiciendi, ne alias occupationes, alia ejus ſcripta commemorem, ad umbi-
„ licum perductum &c. V. Præf. A. Pagii in Crit. Bar. &c.

Digitized by Google

Quando autem, quæ diximus ipſo ſole illuſtriora ſunt, atque clariora, perſpectum unicuique eſſe debet, niſi luminis cæcitas obſit, ut ſtent diſciplinæ ambæ, quæ natura petunt, & inſtituto conjungi, alterno indigere præſidio, quo uſæ conſtanter ſteterunt ad ſæculum Eccleſiæ nonum, quove privatæ, ut ſenſibus orbatus homo, miſerrimo cecidere caſu, jacueruntque ad hæc ferme tempora, quibus revocatæ ſunt, & reſtitutæ. Utinam rurſus non cadant: non cadent autem, ſi juvenes divinarum rerum ſtudioſi, ac cupidi ſeſe ad hanc ſcholam converterint, in qua dabimus vertente litterario anno geſta Eccleſiarum, ineunte vero a geſtis derivatas veteres, recentiſſimaſque diſputationes.

D. O. M., a quo omne datum optimum, & omne donum perfectum eſt, ſtudia noſtra, & labores large, liberaliterque fortunet: profecto eveniet, ut totius religionis, quæ pure omnia, & caſte Numini beato tribuenda eſſe ſuadet, habituri ſitis rationem univerſam explicatam, exploratamque.

F I N I S.

2

Digitized by Google

9.4.303

Digitized by Google

9.4.365

005665322

Digitized by Google

41

Digitized by Google

Digitized by Google